mucho a ellos, ... ganara mucho el, y aprove...
... vezes paya al hospital, y co...
... supiere ó algu...

6 1 — 148
87

4 148
57

148

148
57

ay peligrosos o para morir , y vaya
mirar, y trabaje por hallarse a mu
, ganara mucho el: y aprouechara
otras vezes vaya al hospital, y cō
nos: otras vezes si supiere ð algu-
rdia, si supiere que puede apro-
s, y q̄rria q̄ ordinariamēte leyes
mācebos biē indignados, cada
de buenas costūbres. Assi como
de aristotiles, algo de Platon, o
in meterse en misterios ð christiā
se ha ð tener por insuficiēcte: pa
q̄ nesto se gastara la tarde: y sub-
a dicha. Resta auisarle ð algūas
dicho. Y son que q̄ndo pēsare la
el pēsamiēto muy lexos ð si a los
caecio lo q̄ piēsa, mas todo lo piēse
de si mismo acaeciesse. Y no trabaje
ntir pena, sino lo mas sossegadamēte
e, no cō ðmasiada fuerça el pas-
pare se a mirar simplemēte lo q̄
omo si presente estuuiesse. Digo
no ha ð curar ð razones, ni ð mu
ēsamiētos, mas como cō vna vista
ligēcia mirar al señor. Y las mas
cōsiderarlo como estaua esperan
re porq̄ este negocio, todo es rece-
tos del señor, antes q̄ vēgā, las q̄les
surgere. Y lo q̄ entōces le fuere
ssiō, aora amor, o temor, o dolor
iō de costūbres, o lagrimas. ꝛč.
cbar nada. Y si ninguna cosa

le dierē no se altere, mas renūciā dos
del señor, tēga por muy gran merce
tido su magestad dlāte su presencie
do leproso como el es, y con esto se
¶ Itē: si pēsando en algūas cosas
tiere q̄ el anima se deleyta en dr a
en otro, due seguir lo q̄ el aīa q̄re
tal q̄ no sea a cada viēto, sino quā
uada a otra cosa, q̄ sino estuvie
uocion en lo que pensaua. ¶
mas vezes q̄ pudiere recogerse d
todo el dia: aunq̄ ande en occupa
en la memoria el passo dela passiō
de pēsar, porq̄ los q̄ esto no hazen
deuotos: quādo despues tornā ale
sto dezīā los padres q̄ duia el mōj
ciones breues frequentes para qu
se la oracion. ¶ Itē, porq̄ ay gro
den entrar en el pēsamiēto dela passe
cō mucha pena es biē q̄ se p
q̄ es muy buē remedio comē
bro duoto dla passiō, y leera a
re pēsar, y q̄dāse ēla memoria
passo, y q̄da la volūtad algo mo
merced lo hiziesse. Y dlos libro
recē mejores. Es el passio duo
te dl abecedario spūal: puādol
¶ Itē, se deue exercitar en libr
uotos y spūales, assi como vita
de Collationibus primū, y de
no este. Otro es en grā maner
dorp d duodecim mortifica

nyzio y el fin desto es el sentirlo: due tābiē examiₗ
ar los efectos ᾱql dia hechos: y sentirlos mas q̄
os pcdos pa ssados: mirādo muy atētamēte sus in
linaciones: y pedir luz al señor para escudriñar es
e abismo: q̄ solo dios lo escudriña, y el hōbre q̄n⸗
o dios le da delūbre para ver los rincones del.
¶ Esto es ē lo q̄ se due ocupar dsde ē anochesciēdo
asta dos buenas hora q̄s serā las ocho o las ocho
y media. Luego coma vn bocado d cosa liuiana: por
q̄ assi ha d ser la cena, q̄ en ningūa manera d pesa⸗
dūbre al aīa para entēder en la ofon. Y q̄rria q̄ so⸗
bre la cena no hoblasse: mas q̄ guardasse silēcio des
de en anochesciēdo, hasta auer dicho missa otro dia.
Digo pues q̄ dspues d hauer tomado el bocado d
ue rezar vocalmēte algūa cosita: y leer algo q̄ le in
cite a duociō. Y en esto sera ya casi las nueue y me
dia: y entōces a parejese vn poqto para dormir: el
q̄l ha d ser como los otros para morir: y recogēdo
.. poqto el aīa encomēdādola en las manos del
señor: duerma pēsando como lo hā de tēder en la se
pultura: o como el señor fue sepultado. Y comēçan
do a dormir a las diez: dormira hasta las tres. Y en
tōces se leuāte y reze maytines: y estos acabados
piēse hincadas las rodillas vn passo d la passiō d se
ñor: tomādo cada dia vn passo por q̄ no ande vague
ando con el pensamiēto. Y puede ordenar los assi.
Que el lunes piēse la yda al huerto: y oraciō y prē
dimiēto. Martes dsde alli hasta la coluna inclusiue.
Miercoles la coronacion y el ecce hō. Jueues la
sentēcia y lleuada d la cruz. Viernes la crucifixiō y
muerte. Sabado la dposiciō d la cruz y sepultura.
Domingo la resurrectiō y gloria que tienē los del
cielo figurada en la resurrectiō de chrifto. Esto esta

ra casi dos horas: y despues recline p
ça, para tomar vn poco d̃ sueño, po
ça, hasta las seys, o seys y media: y
ma y tercia y sexta: y põgase en or
para la missa, pẽsando en este profundissimo miste
rio. Y cõsiderãdo su propia in
bir a q̃l mismo cuya passiõ: pen
Porq̃ pẽsando al señor en la m
pẽso ẽla oron, ayudase mucho
missa acabada: recojasse medi
a holgarse cõ aq̃l q̃ en sus entr
quando aca biuia fue recebido
theo o de otro q̃ se lea: porq̃ el n
aq̃l miẽtras el señor esta en nr̃o
se deue gastar en otra cosa, si e
o otra cosa no cõstriñesse. Tra
vr̃a merced hasta comer, q̃ sera
el estudio sera comẽçar a passar el nueuo testame
to. Y si fuere possible q̃rria q̃ lo
estudiar sera alçãdo el coraçõ a
sin otra glosa: sino fuere q̃ndo algo
ces puede mirar Chrisostomo, o N
o otro q̃ le parezca q̃ declara la letra
se meta, sino saber el sentido propio
alli pretẽder q̃ por aora no es men
Despues d̃ comer huelgue vn poc
q̃ aunq̃ parece q̃ q̃ndo picã la piedr
se haze nada: mas mucho se haze en
ra mas moler. Y si su cabeça ha me
d̃ sueño tomelo en hora buena. Y d̃spues reze no
y bisperas y cumpletas. Y gaste la tarde en pro
cho de sus exercicios desta mane

EXACTISSIMA

AC BREVIS LOGICALIUM TERMINORUM RATIO, QUA ITA SOPHISTICA rescinduntur, vt omnia quæ hanc conscernunt scientiam plenissimè contineat. Authore per quàm Reuerendo patre fratre PETRO FERMOSELLO, Ordinis Minorum, & Hispalensis cœnobij (vt vocant) Guardiano.

Habes etiam super totam nostri Titelmani Dialecticam tractatum argumentatium additis solutionibus, quem Vitam motum, seu huius facultatis spiritum vocare non ineptè poteris, eodem FERMOSELLO authore.

Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, &



custodit vestimenta sua. APOC.xvj.

HISPALI
Excudebat Martinus à Montesdoca.
Anno. M.D.LV.

TYPOGRAPHVS LECTORI in operis commendationem.

Quam Flander logicen Franciscus condidit artem
Ille Titelmanus, vir bonus & sapiens:
Hanc Fermosellus titulis illustrat honoris:
Hanc argumentis condecoratq; suis.
Ille fuit logicæ doctus, celeberrimus ille,
Non minus hic nostro tempore doctus adest.
Omnibus ille dedit studiosis arma parata:
Hic tamen armatos arma mouere docet:
Hæc documenta Petri vigili si mente reuoluas,
Et verses crebra nocte dieq; manu:
Alter Aristoteles dicas, en surgit in orbe,
Qui labyrinthea peruia claustra facit:
Commoda mille feres, fructus captabis opimos,
Et poteris nodos soluere difficiles.
Vos ergo Hispani tanto gaudete magistro,
Plaudite, dux vobis strenuus ecce domi est.

✠ ij

✱ CENSVRA ET HVIVS ✱ operis approbatio.

PERVENIT AD ME OPVS NVPER AB AVthore profectum, prelo tamen iam destinatum: cui titulus est Titelmanicæ Dialectices Ampliatio. Quodquum summo perlegissem studio, ita placuit, vt, præter id quòd in eo nihil offendas, quod christianę nostrę pietati possit refragari, eximium etiam inde reportent emolumentum, quicumq; huius operis facultati operam impendent. Dignum quidem opus, quod ab omnibus relegatur. Quare meo sane iudicio, & excudendi, & in lucem producendi copiam fieri licebit. Et quoniã hęc est nostri animi hac de re sententia, proprio nomine subscripsimus, xiii. cal. ian. anno, M, D, Liiii.

Doctor Pedraza.

YO el Prouisor de Seuilla, por la presente doy licencia para que se pueda imprimir el libro de que arriba se haze mẽciõ, en esta ciudad por qualquier impressor, sin que en ello sea puesto impedimiento alguno. Fecha a dos de Henero de mil y quinientos y cincuenta y cinco años.

El Licenciado Ceruantes de Gaete.

Frater

FRater ANDREAS INSVLANVS familiæ Cismontanæ Fratrũ minorum Commissarius generalis, Reuerendo patri fratri PETRO FERMOSELLO viro doctissimo, Salutem.

QVum super TITELMANI nostri Logicam, opus quodam per te absolutum ordinariꝰ Hispalensis diocesis, inquisitores etiã hæreticæ prauitatis approbauerint, dignum quòd in incipiētium vtilitatem in medium prodeat, nostram etiam necesse sit interuenire authoritatem vt sacro sanctę œcumenicę Tridentinæ synodi per omnia sit satisfactum: volentes similibus studiis, vt par est, fauere, Tibi copiam facimꝰ, hoc tui ingenii opus excudendi, omnia insuper illa agendi, quæ ad debitum eius laboris finem pertinere videbuntur. Præcamur Deum, vt te, qui maiora intendis, quàm diutissimẽ nobis seruet incolumem. Vale.

Ex nostro Vlyssiponensi cænobio, sexta die Decembris, Anni Millesimi quingentesimi quinquagesimi quarti. Sub manu, & sigillo nostris.

Frater Andreas qui supra manu propria.

✠ AD BENEVOLVM ✠
& pium lectorem.

MIRABERIS FORSAN, Candide lector, quorſum poſt tantum eorum qui in logicam ſcripſere numerum, meæ nunc in lucem prodeant lucubrationes. Rationem breui accipe. Dum aliâs mei inſtituti monachis Dialecticen interpretarer neminem in tanta authorum copia, reperi, qui hãc caſté tractaret, & ſyncere, ſed omnes fermè ita inutilia vtilibus commiſcent, vt ingenua adoleſcentum ingenia defatigent, ac penitus obruant. Quod facilè cognoſcet quiſquis eorum ſplendida volumina viderit (quorũ nõ minima copia eſt) in quibus præter ius & æquũ res per ſe notas ita atra obfuſcant obſcuritate, vt magis videantur ipſi ſano iudicio carere, quã adoleſcẽtulorũ ingenia ad rei veritatẽ pertingendam prouocare. Inde eſt, vt in pmouendis adoleſcentulorũ ingenijs nihil aut parũ cõferãt, quin ita ſophyſticis inhęrere, & in illis digladiari docent, vt in ijs cõſeneſcere, aliâs ad maxima nata ingenia cogãt. Operęprecĩu igitur mihi facturus videbar, ſi hanc ingeniorũ lanienã, iuxta mihi vires cõcreditas, deſtruere cõarer, vbi florida iuuenũ ingenia tam miſere periclitantur, & non raro pereũt, ijs conſuli poſſè facillime videbatur, ſi quis è tot centibus ſcientã hanc expurgaret, & pro putridis lacunis, fontã præberet nitidum. Sed dices, Non ne hoc nobis contulit Titelmani Dialectica? Iuuit quidem mirum in modũ doctiſſimus ille vir in ijs iuuentutem, verum cum ſophiſtis exitiale bellum inducit nec eorum nænijs detineri perſpicax hominis ingenium ſuffert, ita inutilia reſecat, vt aliquando neceſſaria conuoluat. Addẽdum igitur aliquid fuit, vt Titelmani Dialectica exactiſſima, ita vt eſt doctiſſima, iudicaretur. Quod habiũdè hoc no

ſtro opuſculo præſtari, optimis ingeniis, viriſque doctiſſimis viſum eſt. Aquis itaque Syloe, quę cum ſilencio currunt, nempe Titelmani Dialecticæ, quæ ſine vita, & ſine ratiocinatione eſſe videtur, & omni eſt Dialectico orbata exercicio, aquam viuam iungere ſum conatus, nempe argumenta, & pulchrum Dialecticæ exercicium, vt tanti viuificaretur viri doctrina. Craſſiori dicendi vtor ſtylo, vt etiam parauulis hæc pateat doctrina, maximè cum familiaribus ſit referta exemplis. Tuum erit, optime lector, hoc qualecunque eſt boni conſulere, cuius vtilitati maiora parturimus.

Vale.

In nomine patris & filij & spiritus sancti: cui honor & gloria per immensa secula. Amen.

TRactaturi de Logica, quæ (vt ait Boetius in libro de disciplina scholariũ) est indagatrix veri falsiq; operę pretium videtur primo animaduertere multiplicem operationem animę intellectualis: necnõ notare partes ipsi⁹ philosophiæ rationalis. ¶Quo ad primum, notandum est q anima rationalis habet triplicem operationem ex parte intellectus. Prima est apprehensiua incomplexorum: vt est apprehensio hominis solitarie. intellectio beatitudinis. Secunda operatio est compositiua, seu diuisiua horum simplicium: vt Petrus est beatus. Exemplũ secundi: Iudas non est beatus. Tertia operatio est discursiua ex primis cõcessis, vel negatis. Exemplum primi. omnis prædestinatus erit beat⁹ Petrus est prædestinatus, ergo Petrus erit beatus. Exẽplum secũdi: nullus præscitus erit beatus: Iudas est præscitus: ergo Iudas non erit beatus. Ecce quomodo intellectus humanus est apprehensiuus simplicium & compositiuus vel diuisiuus eorumdem: & discursiuus, vt luculenter patet in exmplis datis.

Logica q̃d. Triplex operatio intellectus.

¶Quo ad secũdum: partes huius indagatricis veritatis falsitatisq;, sunt tres pręcipuę: prima terminus, secunda propositio: tertia consequentia seu argumentatio, de quibus ample videndum est suis in locis.

Tres sunt partes pręcipuę toti⁹ dialecticę.

¶Vnde pro declaratione primę partis notandum est, q duplex est terminus: realis videlicet, & logicalis. Exẽplũ primi, Deus benedictus est termin⁹ nostrę peregrinatiõis. Ego (inquit seruator noster) sum Alpha & O: principium & finis. Lapis limitaris. Ramus vel signum ante tabernam, & cętera signa realia, quę sunt fines cuiuscumq; rei. Alius est terminus logicalis, de quo est propositum pręsens, & de quo est prima pars totius logicæ, de quo tria peragenda sunt. Primo diffinitionẽ ei⁹ adnotare: secundo diuisionem, seu multiplicem significationem illius assignare: tertio vero passiones terminorum in propositione positorũ determinare. Et sic prima pars vocabitur diffinitiua, secũda diuisiua, tertia vero determinatiua passionũ terminorũ in propositione positorũ.

Declaratio j. partis.

¶Sequitur prima pars quę dicitur diffinitiua: vnde terminus logicalis sic diffinitur.

termini. ❡Terminus est, signum ponibile in propositione.
Secunda ❡Vel secundo sic. Terminus est, pars propinqua propositionis.
Tertia ❡Vel tertio sic. Terminus est in quem resoluitur propositio.

Declara. j. diffinitio. ❡Declaratio breuis prime diffinitionis. Terminus secunde intentiona liter captus, in omnibus his diffinitionibus est diffinitū: vel secunda intētio, in ordine ad suos terminos inferiores secundum nominales. Seu secūda intētio attributa termino significatiuo, secūdū Scotistas, in ordine ad sua inferiora, vel significata. Signū in prima diffinitione ponitur loco generis: ponibile in propositione loco differentie: vt intelligatur differre a signis realibus, que in propositione poni nō valēt. Pars, in se

Declara. ij. diffinitio. cūda diffinitione ponitur loco generis, propinqua propositionis, loco differētie: vt est subiectū, copula, & predicatū, huius propositionis, homo est animal, ad differētiā partiū remotarū: vt sunt syllabe, vel deter

Declara. iij diffinitio. minationes extremorum. Pro declaratione tertie diffinitionis nota, ꝙ omne cōpositū est resolubile in eas partes ex quibus cōponitur, sicut homo resoluitur in corpus & animum. Ad propositū, hec propositio homo est animal resoluetur in subiectum, & predicatum, tanquam in materiam: & incopulam, tanquam in formam.

ij. pars. ❡Sequitur secūda pars, que dicitur argumentatiua contra iā dictas diffinitiones, & primo arguitur, contra primam. Secundo contra secundam. Tertio contra tertiam.

Primo ❡Primo sic argumētor contra primam diffinitionem termini. Illius diffinitionis nullum est diffinitum, ergo diffinitio nulla. Consequētia tenet a relatiuis, que posita se ponūt, & perempta se perimūt, antecedēs probo, si aliquod esset diffinitum, esset propinquum, vel remotum nō remotū, neq; propinquū: ergo nullū. Cōsequētia tenet a sufficiente diuisione: sed antecedens probo, non propinquū, que est res significata, per diffinitū propinquum, non remotum, quia est propinquum: ergo vel est vtrumq;, vel nullum, que videntur inconuenientia.

❡Cōfirmatur primo sic, mēbrorū oppositorū alicui diuisionis nō est vnica diffinitio: sed termin⁹ mētalis, vocalis, vel script⁹, sunt mēbra opposita: ergo illorum non est vnica diffinitio. Et si dicas ꝙ ibi diffinitur terminus mentalis, diffinitio iam conueniret aliis a diffinito, puta scripto, & vocali termino.

Secundo ❡Sic argumentor, non terminus, est signum ponibile in propositione tamen non est terminus, antecedēs probo, cū possit poni in hac propositione, non terminus est quid complexum, sed minorem probo: quia

alias non terminus esset terminus, & terminus non esset terminus.
¶ Cõfirmatur, data illa diffinitione, sequitur q̃ de aliquo verificatur diffinitũ cũ aliquo addito, de quo nõ verificatur diffinitio, ergo diffinitio mala. Forte concessa sequela, negabis antecedẽs, quod sic probo, de isto termino homo solitarie posito, verificatur ista oratio: scilicet. Hoc est terminus extra propositionẽ, tamen non verificatur diffinitio, dicẽdo hoc est signum ponibile in propositione, extra propositionem.
¶ Sic argumẽtor. Imponatur ly .a. ad significandum homines dum est extra propositionem, sed in propositione minime eos significet, tunc arguitur sic, ly .a. est terminus, & tñ non est signũ ponibile in propositione, ergo diffinitio non conuenit cuilibet contento sub diffinito. Tertio.
¶ Cõfirmatur. Hõ asin⁹, Sortes & Plato est termin⁹, itẽ ly canis ẽ trs.
¶ Confirmatur etiam, vtrum Plato disputet: quis legit: Alphense scribe: Petre facito ignẽ, sunt termini tamẽ non videntur signa ponibilia in propositione, similiter dicẽdũ est de hoc binario Tullius Cicero.
¶ Quando arguis, illius diffinitionis nullum est diffinitũ, ergo diffinitio mala. Respõdeo concedẽdo sequelã, & nego antecedẽs, & ad probationẽ, si aliquod esset, esset terminus, quod cõcedo: et quãdo infers: ergo terminus esset diffinitũ propinquũ, vel remotum, cõcedo vtrũq;, quod est remotum, & propinquum, remotum in quantum significatur per seipsum, propinquum, in quantum est terminus sui ipsius & aliorum significatiuus. Et si obijcias, membra alicuius diuisionis, nõ debent verificari de diuiso: nego istam, imo hęc copulatiua est vera, animal est rationale, & animal est irrationale. Vel potest respõderi, quod diffinitum ibi, est secunda intentio, atributa termino in ordine ad inferiores terminos, vel ad sua significata. Ad .j.
¶ Ad confirmationem. Vel esset terminus mẽtalis, vel scriptus. & cę. Respondent aliqui concedendo quod diffinitum est dictio, seu nomen quod est terminus mentalis, vocalis, vel scriptus.
¶ Sed ego respondeo quod illa diffinitio est adequata, termini in communi sumpti. Sed respectu termini mentalis, vocalis, vel scripti, est inadæquata. Et sic, quicquid est terminus, est signum ponibile in propositione, et quicquid est signum ponibile in propositione, est terminus. Sed licet omnis terminus mentalis sit signum ponibile in propositione, non tamen, omne signum ponibile in propositione est terminus mentalis. Exemplum, substantia animata sensibilis, est diffinitio adæquata animalis, non tamen hominis, seu equi. Et sic Nota.

Ad.ij. cõcedo, q ibi diffinitur terminus mentalis, vocalis vel scriptus: sed diffinitione generica, non specifica, & ita inadæquata.

¶ Non terminus est signum ponibile in propositione, & tamen nõ terminus, non est terminus: ergo diffinitio mala, quia conuenit alijs a diffinito, scilicet his duobus, termino, & non termino, cum vtrumq; sit signum ponibile in propositione.

¶ Respondeo distinguendo antecedens, quia si non terminus capitur materialiter: maior est vera: scilicet ista. Ly non termin⁹ est signũ ponibile in propositione: videlicet. Ly nõ terminus, est ly nõ termin⁹, & tunc negatur sequela, quia cõmittitur fallacia figuræ dictionis, cum arguitur a suppositione materiali ad personalem: cum terminus in minore supponat personaliter. Sed si in maiore non terminus capiatur personaliter, nego illam, & concedo sequelam.

¶ Et ad confirmationem, de aliquo verificatur diffinitum cum aliquo addito, de quo non verificatur diffinitio cum eodem addito. & cetera.

¶ Respondeo distinguendo antecedens, vel capitur diffinitum, & diffinitio materialiter, & sic non est inconueniens: vt patet, quia hęc est vera, hoc ly homo est terminus incomplex⁹, & hec falsa, hoc ly animal rationale est terminus incomplexus.

¶ Et ad probationem de isto termino homo solitarie scripto, verũ est dicere q est terminus extra propositionem, tamen de eo non est verũ dicere, q est signum ponibile in propositione, extra propositionẽ. Respõdẽt aliqui cõcedẽdo maiorẽ, & distinguẽdo minorẽ: quia si ly extra propositionẽ determinat signũ, vera est minor, et etiã sicut maior. Si tamẽ ly extra propositionem determinat ly ponibile: tũc minor est neganda.

Nota. ¶ Subtilis solutio quippe, sed non haberem pro inconuenienti cõcedere hanc, ponibile extra propositionem, est ponibile extra propositionem: & similiter istam, signum ponibile extra propositionem, est ponibile in propositione: in sensu diuiso.

Ad.ij. ¶ Quando arguis, ponatur ly, a. ad significandum homines dum est extra propositionem. & cetera. Respondeo admittendo casum, & cũ arguitur. a. est terminus, concedo: & tamen non est signũ ponibile in propositione. Aliqui dicunt, q sufficit, quod ponatur suum simile, videlicet. a. in mente, vel in scripto, vel in voce. Dicunt etiam, quod ad hoc quod aliquis terminus sit signũ ponibile in propositione, sufficit quod terminus sibi similis ponatur in propositione, licet ipse nũquam ponatur. Vel aliter, quod diffinitio termini est bona, nisi sit repugnantia ex

parte impositionis: sicut est in casu isto. Sed videor mihi, stante casu, nõ esse inconueniens concedere istam esse propositionem falsam, a, est animal rationale, cum subiectum pro nullo supponat in hoc casu, & istã veram, a, non est homo, propter eandem rationem.

¶ Ad confirmationes. &c. Ad primum de ly homo asinus, respõdetur vno modo, ꝙ est ineptum aggregatum, non se habens, sicut determinatio, & determinabile. Vel secundo dicendum, ꝙ sunt signa & non signum. Tertio ad illud aggregatum videlicet: Sortes & Plato, respondetur, quod sunt signa ponibilia in propositione copulatiua: vt Sortes disputat, & Plato respondet: vel potest dici, quod est terminus, cũ sit subiectum vnius pr̨edicati: videlicet Sortes & Plato trahunt nauim, & diffinitio termini datur in singulari.

¶ Et ad illud de ly canis, potest responderi vno modo, ꝙ diffinitio termini intelligitur de termino vniuoco, & nõ ̨equiuoco: vt est, ly canis & sic diffinitio est bona, cum conueniat cuicumq; sub diffinito contento, puta vniuoco: vel dic ꝙ ly canis est signa, & non signum, cum sub ordinetur tribus conceptibus mentalibus.

Diffinitio termini intelligitur de termĩo vniuoco, & nõ ̨equoco

¶ Et ad illud de hoc binario Tullius Cicero, quando qųeris, vel est terminus complexus, vel incomplexus, potest responderi vno modo, ꝙ est complexus in voce, sed incomplexus in mente. Vel secundo ꝙ, in voce sunt termini, & in mente terminus. Vel tertio, ꝙ est aggregatum nugatorium, quod videtur verius. Ad has obiectiones, & similes potest dici breuissime, ꝙ diffinitio termini datur in singulari, & de termino simplici, & nõ de aggregato terminorũ: vt ly hõ asin⁹. Neq; de equiuoco: vt, ly canis. Et sumpto ꝑsonaliter, et non materialiter: vt ly bos.

¶ Ad illud de orationibus interrogatiuis, quis legit? Vtrum Plato disputet? et similibus: potest responderi vno modo, ꝙ si capiantur materialiter, qųelibet illarum est terminus, & est signum ponibile in propositione, puta, in hac, quis legit? est oratio interrogatiua. Et in hac, vtrũ Plato disputat, est oratio pr̨esentis temporis indicatiui modi. Si vero capiantur personaliter, tunc dicetur vno modo, ꝙ sunt orationes contentiųe terminorum, negando ꝙ sint termini. Tertio potest responderi, ꝙ sunt cõplexa propositionalia, reducibilia ad suas de inesse: vt h̨ec vtrum Plato disputet, reducetur ad istã, Plato est disputãs: & illa quis legit? ad hanc Petrus est legens. Vel concedas ꝙ sunt termini: & signa si prior responsio non placet. Et ad illud de propositionibus imperatiui modi, vel aliorum, est vna responsio, & prima, ꝙ ill̨e sunt orationes

grãmaticales,nõ tamẽ logicales. Vel sic,q; sufficit q; ponatur suũ simile in propositione:vt in ista,Petre fac ignẽ,potest reduci ad istã sibi similẽ,tu Petre facito ignẽ:vel ad istã Petrus est faciens ignẽ.Sed videtur verius dicere,has esse orationes grãmaticales, & non logicales:

Obliquus nõ ẽ nomẽ

cũ in eis ponãtut obliqui casus,& nõ recti,obliquus enim secundum logicos non est nomen,sed casus nominis. Et si arguas, sunt propositiones:ergo orationes:tenet consequentia,ab inferiori ad suum superius nego maiorem, cum non habeut verbum sed casus verbi:sunt enim verba obliqua,casus verbi, sed non verba secundum philosophum in primo perihermenias.

Arg. cõtra ij. diffi. tri.

¶Contra secundam diffinitionem termini arguitur sic. Pars propinqua est pars,remota:ergo diffinitio secunda nulla,probo antecedẽs,cũ seq̃la sit bona. Capta ista propositiõe,Sortes est homo,partes propinque sunt partes remote,ergo pars propinqua, est pars remota. Consequẽtia tenet,quia sicut plurale de plurali,ita singulare de singulari. Et antecedẽs probo,ille dictiones puta,Sortes & homo,que sunt partes propinque, sunt ille litere,seu sillabe Sortes homo, & ille litere, seu sillabe sunt partes remote:ergo partes propinque sunt partes remote. Consequentia tenet,p conuersionẽ simplicẽ:bene enim sequitur, dictiones sunt sillabe:ergo sillabe sunt dictiones. Item omnes partes remote sunt propinque:ergo pars propinqua est remota. Tenet consequentia ab vniuersali,ad suam particularem vt videtur.

Solutio.

¶Ad argumentum contra secundam diffinitionem termini, respõdeo negando sequelam,& ad probationem quia sicut singulare de singulari.&c. Dico illam regulam non teneri in terminos numerorũ,neq; in terminos includentes negationem:vt est in proposito, quia vnus sensus istius propositionis,partes propinque sunt partes remote, & pars propinqua est pars remota,est talis:videlicet, ex cuius significatione non resultat significatio totius propositionis, qui sensus est falsus. Est enim pars propinqua, ex cuius significatione resultat significatio totius. Sed pars remota dicitur illa, ex cuius significatone non resultat significatio totius:vt sunt litere, & sillabe. Vel secundo potest

Eadẽ pars põt eẽ propinqua & remota.

responderi ad argumentum, q; non est inconueniens partem propinquam esse remotam,& econtra, respectu diuersorum:vt, Iy homo est pars propinqua huius propositionis homo est animal,& est remota huius copulatiue, Deus est iustus iudex, & homo est animal: cum partes propinque huius copulatiue sint ille due catagorice,Deus est iust⁹

& homo est animal. Ad confirmationem, omnes partes propinquę sunt remotę: ergo pars propinqua est pars remota. Distinguo, quia vel antecedens fiat distributiue, & sic concessa sequela, nego antecedens: & dico, q; sicut consequens est falsum, ita & antecedens. Vel antecedens fiat collectiue, & sic nego sequelam: non enim sequitur, omnes apostoli Dei sunt duodecim: ergo Petrus apostolus est duodecim, vel est duodecimus. Vide Scotum in primo distint. secunda quest. tertia. In solutione argumenti secundi principalis, in solutione secundę probationis.

¶ Contra tertiam diffinitionem termini, propositio non solum est resolubilis in terminum, seu terminos: sed etiam in sillabas, & literas: & adhuc in atramentum, seu materialia ex quibus conficitur atramentum. Cōtra tertiam diffini.

¶ Confirmatur. Illa diffinitio non conuenit cuilibet contento sub diffinito: ergo mala, concedo sequelam, & nego antecedens: et ad probationem, quod non conuenit vocali, nego: & cum iterum probas, q; non habet partes in quas resoluatur, nego iterum: et ad probationem, dum est subiectum adhuc non est copula, neq; prędicatum. et c. Dico q; vtimur vocibus: et tempore in quo proferuntur tanquam si essent permanentia. Vel aliter, q; sicut successiue habet esse, ita successiue resoluit, vel desinit esse.

¶ Ad argumentum principale. Respondeo concedendo antecedēs, et negando q; diffinitio sit mala, pro quo ponuntur propositiones. Solutio.

¶ Prima, triplex est resolutio propositionis. Prima, in dictiones significatiuas, et hęc est inmediata. Secunda in sillabas, et hęc dicitur media. Tertia in literas, et hęc dicetur remota. Triplex resolutio ppo.

¶ Secunda propositio notāda est, sufficit resolutio propositionis in dictiones significatiuas, ad hoc q; propositio desinat esse propositio, et sic patet solutio ad argumentum.

¶ Vltimo arguitur contra opinionem, quę tenet secundā intentionē esse ibi diffinitum principale. Nulla secunda intentio est signum, cum significare videatur actus entis realis, et non entis rationis. Confirmatur, secunda intentio non est possibilis in propositione, quecquid ponitur in propositione, vel est qualitas spiritualis. vt in mentali propositione. Vel est vox, vt in uocali: vel ē scriptura, vt in scripta propositione. Vltimū argumentū.

¶ Ad vltimum argumentum, quando arguitur nulla secunda intentio est signum: ergo diffinitio mala. Respondeo q; diffinitio secundę Solutio.

intentionis sic venit intelligenda: terminus est secunda intentio fundata seu attributa termino cōmuni, significatiuo, in ordine ad terminos inferiores (secundum vnam opinionem) vel in ordine ad sua significata, secundum aliam.

¶Et cum probas, quicquid ponitur in propositione, vel est terminus mentalis, vocalis, vel scriptus, concedo formaliter, & sic secunda intētio non ponitur in propositione, sed ponitur obiectiue, sicut homo ad extra in hac, homo est animal. Et si arguatur, sequeretur quod secunda intentio prędicaretur de prima, & econtra. Respondeo nullum esse inconueniens, pro quo vide Scotum in prologo, questione .iij. in solutione argumenti Egidij, & etiam in quarto, distin. iij. quest. j.

¶Circa materiam iam dictam tria veniunt declaranda, introductorio modo, ne gradientes per ignota, paralogizemur.

¶Primum, quid sit signum.

¶Secundum, quotupliciter aliquid ponatur in propositione.

¶Tertium, quid est propositio, hoc est per necessarium scire, cum ponatur in diffinitione termini. De primo datur duplex diffinitio.

Primo Signū quid ¶Signum, est quod facit cognoscere aliquid, vel aliqua, vel aliqualiter. Exemplum primi, ly homo, ly Petrus. Exemplum secūdi, ly homines ly populus. Exemplum tertij, ly est in hac propositione, homo est animal.

Secundo ¶Sic diffinitur ab Augustino. Signum est res, quę preter speciem, quā ingerit sensibus, aliquid aliud facit nos cognoscere, seu venire incognitionem alicuius: sicut vestigium facit nos cognoscere rē, cuius est vestigium, & fumus ignem.

Primo ¶De secundo dicitur, ꝙ tripliciter contingit aliquid poni, vel esse ponibile in propositione: realiter, & formaliter: sicuti sunt termini scripti, & vocales, & forsan mentales, vt in hac, homo est animal.

Secundo ¶Dicitur aliquid esse ponibile, vel poni in propositione virtualiter: vt si imponatur ista litera, a, ad significādum Deum esse, usum iudicē tunc ibi non sunt termini formaliter, & realiter: sed bene virtualiter.

Tertio ¶Dicitur poni, vel esse ponibile in propositiōe, obiectiue: hoc est, quia cognoscitur per propositionem, & sic quicquid cognoscitur propositionaliter a potētia cognitiua, dicitur esse in propositione tanꝙ in signo, & in potentia cognoscente obiectiue.

¶Ad tertium respondetur, ꝙ propositio multis modis diffinitur, sed in proposito sufficit ista diffinitio.

¶Propositio est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo: exemplum primi, Deus est mise ricors: exemplum secundi, Deus non est inuidus. Propositio quid.

¶Tractaturi de termino significatiuo, operæpreciū est prius aliqua perstringere de representare, quid & quotuplex sit. Item de significare, tum quia in multis coincidunt, tum quia procedimus via difinitionis cognoscendi: & representare ponitur tanquam genus in diffinitione significare. De termino significatiuo.

¶De primo, representare sic diffinitur. Repræsentare est facere cognoscere aliqua, vel aliquid, vel aliqualiter. Expositio harū particularum patet, sed ly facere dicit quamcunq; actionem, effectiuam, obiectiuam siue motiuam, formalem, & instrumentalem, quarum significatio & differentia patebit inferius. Representare quid.

¶Ad secundum dicitur, q̄ quadruplex est repræsentare. Quadruplex representare.

¶Primum effectiuè.

¶Secundum obiectiuè.

¶Tertium formaliter.

¶Quartum instrumentaliter.

¶Primum, repræsentare effectiuè est efficere cognitionē, vel actū in genere causæ efficientis, & isto modo repræsentat Deus, cum concurrat cum omni causa secunda, quia omnis causa prima plus est influens supra causatū suum, quā vniuersalis secunda. Itē Ioannis primo omnia per ipsum facta sunt. Representare effectiuè.

¶Hoc etiam pacto, representat obiectum species & habitus secundum Ocham, & intellectus, siue anima: inquit Augustinus de anima & obiecto, nono de trinitate, cap. xii. ab obiecto & potentia paritur notitia, scilicet intuitiua.

¶De specie tenet etiam Scotus in primo quod supplet vicē obiecti, in notitiis abstractiuis, de habitu in quit Ocham in quinto quoli. iiii. quod habitus non solū se tenet ex parte potētię, eā facilitando, Sed etiā ex parte obiecti supplēdo vicē eius.

¶De itellectu agēte dicit, quo ē oīa facere, id est, pducere spe ciē intellegibilē, mediāte fātasmate. i. notitia sensitiua iteriori. Intellectus agens.

¶De intellectu possibili dicitur, quo omnia fieri, id est, est receptiuus specierū intelligibiliū, qui licet et passiuè se habeat in receptione speciei, quia tñ ipsa partialiter producit intellectionē, dicitur cōcurrere actiuè. Finaliter dico, quod qulibet Intellectus possibilis

res mundi eſt repreſentatiua ſui & omnium: vt Sortes poteſt repreſentare ſeipſum & omnia entia in quantum ſunt entia: vel ſubſtantia, vel animal, vel homo, omnia hæc producunt ſpeciem ſui in repreſentando, niſi Deus repreſentando ſeſibi, & anima ſeparata cognoſcendo ſe intuitiuè, non eget ſpecie producta, ſed ſufficit eſſentia ipſius aiæ & præſens intellectui.

Repſen. obiecti. quid ¶ Repreſentare obiectiuè, eſt efficere cognitionem in ratione obiecti, vel actum aliqualiter repreſentantem. Pro quo nota, quòd obiectum poteſt comparari vel ad potentiam, & ſic dicitur mouens, & potentia mobilis: vel poteſt comparari ad notitiã productam, & ſic dicitur cauſa efficiens partialis.

Triplex obiectũ. ¶ Et nota quod triplex eſt obiectum.

Motiuum tñ quid. ¶ Motiuum tantum: & eſt illud, quod mouet potentiam naturaliter ad cauſam notitiam ſui ipſius, non repreſantatiuam, vt imago virginis repreſentat mihi beatam Mariam virginẽ & non ſe vt imago eſt.

trinatiuũ tantũ quid ¶ Obiectum terminatiuum tantum eſt, quod cognoſcitur per aliquam notitiam cuius ipſum non fuit cauſa, vt beata virgo Maria repreſentata per ſuam imaginem.

Obiectũ tratiuũ & motiuum ſimul quid ¶ Obiectum terminatiuũ & motiuum ſimul eſt, quod naturaliter mouet potentiam ad cauſandum ſui ipſius notitiam repreſentatiuam: ſicut ignis, vel rex præſentialiter cogniti, vel viſi Sic enim mouet ipſã potentiã viſiuam quod operatio ipſius potẽtię terminatur in ignẽ cognitum vel in regem.

¶ De ſignificare.

¶ Duo in preſentiarum ſunt determinanda.

¶ Primum, quid ſit ſignificare.

¶ Secundum, quotuplex ſit ſignificare.

¶ Primum attinet ad partem diffinitiuam.

¶ Secundum ad diuiſiuam.

Significare quid. ¶ Primò igitur dicimus, quòd ſignificare eſt repreſentare, aliquid vel aliqua, vel aliqualiter potẽtię cognitiuæ eam vitaliter immutando.

¶ Expoſitio huius diffinitionis.

¶ Significare eſt diffinitũ huius diffinitionis largiſſimè captũ:

representare, ponitur loco generis vel tanquã quid cõmuni ad ly significare: aliquid, ꝓpter representatũ singulariter: vt homo, Sortes: aliqua, propter representatũ pluraliter, vel collectiuè. aliqualiter, propter syncathegoreumata, vt ly omnis, ly quia, ly est: potẽtiæ cognitiuè, ponitur ad differentiã potẽtiç naturalis, & animæ vegetatiuæ, & potẽtiç appetitiuæ. Exẽplum primi, potentiæ ignis ignientis vel calefacientis vel cõburentis, nihil repræsentatur vt ea cognoscat. Exemplum secundi, Potentiæ nutritiuç, augmentatiuæ siue generatiuç, nihil hoc pacto repræsentatur, etiam vt suos motus agant. Exẽplum tertii, potentiæ appetitiuæ nihil representatur nisi vt cognoscatur prius per aliquam potentiam cognitiuam.

¶ Restat ergo quòd significare est representare potẽtiæ cognitiuæ quæ triplex est: videlicet, diuina, angelica, & humana. Diuina, vnicus intellectus diuinꝰ tm̃. Angelica, vnius cuiusq; angeli suus intellectus etiã vnicus Humana iterũ est duplex, Potentia cognitiua: videlicet, intellectus & sensus, qui quidem sensus adhuc subdiuiditur in sensum interiorẽ & exteriorem. Potẽ. cogni. triplex

¶ Vltimo dicitur etiam, Vitaliter immutãdo, vnde vitalis immutatio dicitur mutatio, vel motus quo mouetur potẽtia de non cognoscente ad cognoscentem, vel de non cogitatione alicuius rei, in cogitationem ipsius vel alterius: & dicitur immutatio, quia ea mediante mouetur intellectus, & cæteræ potentiç cognoscitiuç interiores, & exteriores: & dicitur vitalis quia est in potentia vitam habente. Vitalis immutatio.

¶ Ex his sequitur, ꝙ talis representatio non fit in intellectu diuino, tũ quia omnia actualiter & intuitiuè cognoscit & vno actu: tũ quia talis immutatio argueret in Deo imperfectionẽ: qua propter inquit Propheta, Ego sum Deus qui nõ mutor.

¶ Quo ad secundũ respõdeo, quòd quadruplex est significare primũ naturaliter cõmuniter, & est efficere cognitionem vel actũ in ratione obiecti sui ipsius representatiuã. Et nota ꝙ ibi obiectũ capitur ꝓ obiecto terminatiuo, & motiuo simul. Nota etiã, quod dici? naturaliter, quia insitũ est à natura cuicũq; rei representare se potẽtiæ cognitiuæ, cũ oẽ ens, siue creatum siue increatũ cadat sub obiecto intellectus creati, quod ẽ ens. Dicitur notãter cõmuniter quia cõmune est omnibus rebus. Quadruplex signi ficere.

¶Ex quo sequitur primo, quòd quælibet res mūdi significat se: idest repreſentat ſe naturaliter cōmuniter, & neceſſario cū ſit agens neceſſarium.

¶Sequitur ſecundo, quòd quælibet res (licet imperfecta) eſt repreſentatiua ſui & aliorum.

¶Sequitur tertio, quòd Deus repreſētat ſe ſibi neceſſario, nobis autem contingenter.

Significare ex inſtinctu naturę. ¶Secūdo dicitur q̄ ſignificare ex inſtinctu naturæ, eſt efficere notitiam ſecundariam alterius, ſeclusa impoſitione, & hoc modo fumus ſignificat ignem: riſus gaudium: fletus dolorē: gemitus infirmitatem.

Significare ex vſu. ¶Tertio eſt ſignificare ex vſu & conſuetudine, & ſic ſonus campanæ ſignificat lectionē, comeſtionē, & horas diuinas perſoluendas: canis blandiens, aduentum dñi ſui, & ſic de aliis.

Significare p̄prié. ¶Quarto eſt ſignificare proprié, pro quo nota quòd acceptiones ſupradictæ de ſignificare de per accidens conſiderat eas logicus, ſed ſignificare propriè dictum attinens ad cōſiderationem logicam, ſic diffinitur.

Diffini. tñi ſignifica. ¶Significare, vel Terminus ſignificatiuus eſt, aliquid, vel aliqua, vel aliqualiter, potentiæ cognitiuę repreſentare, ſcilicet aliud à ſe, & aliud à ſuis partibus, & aliud à ſuo prolatore, niſi tñ ſuerit impoſitus ad ſignificandū ſe, vel ſuas partes, vel ſuū

Diffini. tñi nō ſignifi. prolatorem, exempla patent. Et per oppoſitum terminus nō ſignificatiuus eſt, qui nō ſignificat niſi ſe, & ſuas partes naturaliter cō muniter, vel ſuum prolatorē ſine impoſitione: vt iſta vox buf eſt terminus non ſignificatiuus hoc modo.

¶Vel aliter & breuius, ſignificare proprié eſt, ſignificare naturaliter proprié, vel ex impoſitione propriè dicta, primū attinet ad terminos mentales vltimatos, ſecundum ad vocales, & ſcriptos ſignificantes ex impoſitione propriè dicta.

¶Sequitur pars argumentatiua.

¶Arguitur ſic, cōtra illā diffinitionē ſignificare ē repreſentare. ¶Hoc ſignum aurum, exiſtens in concauitatibus terrę ſignificat aliquid quod non repræſentat potentię cognitiuæ: ergo diffinitio nulla. Forte negabis antecedens, quod probo: & ſuppono quòd nullam potentiam moueat.

¶Arguitur

¶ Arguitur sic. Ly ois representat, tñ nõ significat: ergo diffinitio mala. Maior est nota, & cõseqñtia bona, sed minorẽ pbo, quã forte negabis. Benè eni sequitur: significat, ergo aliqd, vel aliq, vel aliqlr. Forte negabis, p primu, & scd'a parte, cõcedẽdo tertiã, sed cõtra hoc arguo sic. Ois significata liqlr: ergo aliqliter significatur per ly ois, consequẽs est falsum, ergo & antecedes: quia ex vero, nõ nisi verũ: sed quod consequẽs sit falsum probo. Quia hec propositio aliqualiter significatur per ly omnis est vna affirmatiua, cuius subiectũ pro nullo supponit. ij

¶ Argu. sic. Iste tris Chimera significat aliqd, tñ illud nõ repręsentat potẽtię cognitiuę, ergo diffinitio mala. Forte negabis minorẽ quã pbo: qa si repsentaret, maxime representaret Chimerã, sed hoc nõ, qa benè sequr, Chimera repsentat Chimerã, ergo Chimera representatur per ly Chimera. Vltra repræsentatur, ergo intelligitur: sed nullum impossibile est intellegibile, ergo intentum. iij

¶ Cõfirmatur. Iste terminus homo significat leonem, tamẽ non reprę sentat ipsum potentię cognitiuę, ergo diffinitio mala. Maior patet, qa hęc est vera. Homo imaginarie est leo, ergo subiectum, & predicatum supponunt pro eodem, & per consequens significant idem: sed minor probatur. Iste terminus homo, non repræsentat leonem naturaliter, neq; ad placitum, ergo minor vera: ergo aliquid significat, quod non repræsentat. Argumẽtorũ solutio.

¶ Sequitur pars responsiua.

Quando arguis. Hoc signum aurum. &c̃. Respondeo ponendo aliquas propositiones. Ad.vj

¶ Dicit aliqui, q si ly quod ponatur in noiatiuo, antecedẽs est verũ, sed cõsequẽtia nulla. Si tñ ly qd ponatur in accusatiuo, añs est falsum, quia sensus est, illud signum significat aliquam rem, quam non reprę sentat potentię cognitiuę, quod implicat contradictionem. j. Proposi. Replica.

¶ Contra hoc sic replicatur. Istud signum aliquid, quod, non repræsentatur per aliquem terminum, significat aliquid, tamen illud non repræsentat potentię cognitiuę.

¶ Propositio responsiua ad istam replicam, talis est. Illud signum significat quodlibet ens mundi, quia de quolibet demonstrato hæc possibilis est, hoc est aliquid, quod non demonstratur per aliquẽ terminũ.

iij. Propo. ¶Tertia propositio. Talis tīs pro nullo potest verificari, nec secundū se, nec secundum suum synonymum.

iiij ¶Quarta propositio. Significatio eī⁹ sic explicatur. Illud signum significat quodlibet ens mundi, conotando, q̄ non repræsentetur per aliquem terminum.

v ¶Quinta propositio. Si vis scire in terminis non potentibus supponere, aspicias ad determinabile, quia illud significatur per totum aggregatum, quod significatur per solum determinabile, cum repugnantia tamen: vt ly non homo. Sed ego secundum nostrum institutum, (Salua seniore sententia,) aliter respondeo, non tamen inficiendo dictam responsionem.

¶Quando arguis. Illud signum aurum significat aliquid. & cætera. Respondeo: vel capitur ly significare, & repræsentare actualiter vtrūq;, & sic nego q̄ non repræsentet: quia bene sequitur, significat: ergo repræsentat, ab inferiori ad superius. Vel capiuntur significare, & repræsentare aptitudinaliter vtrumq;: & sic similiter nego assumptum, quia sensus est, hoc signum est significatiuum, & illud idem signum non est repræsentatiuum. Vel capitur ly significare aliquid actualiter & ly non repræsentare aptitudinaliter, & sic iterum nego assumptum: quia sensus est, Illud signum significat aliquid, & tamen non est repræsentatiuum potentię cognitiuę. Vel quarto modo capitur ly significare aliquid aptitudinaliter, & ly repræsentare actualiter, & sic concedo illam: quia sensus est. Hoc signum est alicuius significatiuum, & tamen illud non repræsentat, quod in casu posito in argumēto est verū. ¶Vel aliter, & breuius dico: quod illud significare, & repræsentare talis signi non est ad propositum, cum non sit significare naturaliter proprię, nec ad placitum proprię, de quo est propositum præsens.

¶Vltimo dico: q̄ ad replicam potest responderi, sicut ad argumentum principale. Vel aliter responderi potest, q̄ impositio est destructiua sui ipsius: cum ad illud signum esse significatiuū, sequitur ipsum non esse significatiuum.

Ad.ij. ¶De ly omnis repræsentat, tamē non significat, nego minorem. Cum probas maxime significaret aliqualiter, concedo: et cū arguis, ergo aliqualiter significatur per ly omnis, nego sequelam, & cōsequens: ratio quia ab actiua ad passiuam nō tenet consequentia, nisi quādo vis verbis fertur super terminū significātē aliquid, vel aliqua, quod non est in proposito. Et si arguas: ly omnis facit apprehēdere terminos, vel res

significatas per terminos, ergo significat illos, ergo aliquid, vel aliqua antecedens patet quia non videtur aliàs, illam vocem homo significare homines, nisi quia facit intellectum significatum eius apprehendere, copulatiuè: respondeo quod ly omnis, neque significat terminos, nec res significatas per terminos: sed facit illa apprehendi distributiuè, vt ly est, in hac propositione, homo est animal: nec significat hominē, neque animal: sed significat illa extrema accipi vnitiuè.

¶Iste t's Chimera significat Chimeram, &c. Respondetur dupliciter. Ad. iij
Vno modo negando, quod iste terminus Chimera sit significatiuus: imo dico, quod neque significat, neque repraesentat, cum Chimera nihil sit: nec potest esse in rerum natura.

¶Alio modo potest dici, quod iste terminus Chimera, significat ratione partium, cum dicatur eius constitutum ex capite draconis, ex cauda bouis, ex ventre virgineo, &c. Et tunc licet significet, & repraesentet, tamen non potest verificari, neque pro eis supponere. Sed melior est responsio prima, quia nomen totius: vt ly lapis, nō significat partes, sed totū.

¶Ad confirmationem. Iste terminus homo significat leonem, tamen non repraesentat leonem. Maior patet, haec enim est vera, homo imaginariè est leo, ergo significat leonem: sed minorem probo. Homo non repraesentat naturaliter, neque ad placitum leonem: ergo intentum.

¶Ad hoc respondetur dupliciter. Primo negando antecedens, dicendo, quod ly hō, neque significat leonem, nec repraesentat: sic quod ista sit vera homo imaginariè est leo, imo est falsa.

¶Secundo. Duplex est significatio. Absoluta, & hac, illa vox homo nō significat leonem, sed hominem: alia est respectiua, & hac, illa vox homo significat leonem, in ordine ad copulam de imaginario: & tenendo viam opinionem, vel aliam diuersa erit responsio. Duplex est significatio

¶Contra diuisionem in terminum significatiuum & non significatiuum.

ARgu. sic. A. & b. est terminus, tamen non est significatiuus, & non significatiuus, ergo diuisio illa nulla. Antecedens patet. a. b. non significant naturaliter propriè, neque ad placitum, ergo non est terminus significatiuus. Sed quod sit significatiu⁹ probo: quia ly & est terminus significatiuus: ergo non est terminus non significatiuus. Primo

ij ¶Item arguitur. In aliquo casu est idē terminus, est significatiuus, & nō significatiu⁹, ergo diuisio illa nulla. Añs patet: capiātur ista q̄tuor elemēta. a. b. c. d. Et volo q̄ primū imponatur ad significādū Sortē, si secūdū nō imponatur: & secūdū imponatur, si tertiū nō imponatur: & tertiū imponatur, si quartū nō imponatur: & q̄rtū imponatur, si primū nō imponatur: & volo q̄d primū imponatur à Frācisco, sed'm a Petro tertiū à Ioāne, q̄rtū à Martino, tūc sic deducitur argumētū: ly, a, significat Sortē, q̄a impositū est, ad significādū Sortem, & a, non significat Sortem, per impositionem de ly. b. ergo significat & non significat.

iij ¶Cōfirmatur. Sint duo homines habentes equalē autoritatē imponēdi & deponendi, scilicet Sortes, & Plato: & volo q̄ Sortes imponat ly a, ad significādū hoīes, & Plato deponat, tūc. a. est termin⁹ significatiu⁹ & nō significatiu⁹, primum quia impositus, secūdum quia depositus.

iiij ¶Confirmatur iterum. Imponatur ly, a, ad significandum Sortem taliter, quod appareat significare, & non significet.

v ¶Confirmatur iterum. Imponatur ly, a, ad significandum primum proferentem, & proferant simul Sortes, & Plato illud elemētum: tūc querītur, quem illorum significabit.

¶Sequitur pars responsiua.

Ad. j. Respondeo primo. Quod diffinitio termini non datur de termino mixto, sed de simplici: & sic argumentum nō est ad propositum.

ij ¶Gratia disputationis, potest dici vno modo, q̄d est terminus significatiuus, quia ly &, est terminus significatiuus.

iij ¶Tertio modo potest dici, q̄ non est significatiuus: quia aliq̄ue partes aggregate videlicet, a & b. non sunt significatiue.

iiij ¶Quarto modo potest dici, q̄ partim est significatiuus, partim non significatiuus: sicut aliquis terminus partim est cathegoreumaticus, partim sincathegoreumaticus: vt ly currit.

Ad. ij ¶Quando arguis. Imponantur hec quatuor elementa. a. b. c. d. cum tali conditione, quod si imponatur primū ad significādum Sortem, non imponatur secūdū: & si secundū imponatur, tertiū nō imponatur. &c.

Primo ¶Respondeo ad argumentum primo. Illa elementa non sunt termini significatiui, quia ad esse terminum significatiuum, sequitur illum nō esse significatum.

¶Secundo potest dici, quod vna illarum literarũ significat, & non alia & econtra. Secundo.

¶Sint duo homines habentes equalem autoritatem. &c. Ad hoc dico q ly, a, non est terminus significatiuus, quia ad esse significatiuum, sequitur non esse significatiuum. Ad. ij.

¶Ad confirmationem imponatur ly, a, taliter, quod appareat significare Sortem, & non significet, tunc idem terminus est significatiuus, et non significatiuus, nego q sit significatiuus, imo nõ est significatiuus, non enim sequitur apparet, ergo est.

¶Ad aliam confirmationem. Imponatur ly, a, ad significandum primũ proferentem, & proferant simul Sortes & Plato, iam tunc erit significatiuus, & non significatiuus: patet, quia significat vnum & non aliũ. Ad hoc dico, negando sequelam, sufficit quod significet vnũ et erit significatiuus.

¶Secundo potest dici, quod significat vtrumq;. Secundo

¶Circa significare mouentur dubia.

PRimum, quid sit significare aliquid. j
Secundum, quid est significare aliqua. ij
Tertium, quid est significare aliqualiter. iij
¶Quartum, an res possint imponi ad significandum, sicut & voces. iiij
¶Quintum, si voces significant scripturas, & e contra, & quomodo v
¶Sextum, quid est significatio absoluta, & quid dependens. vj
¶Septimum, quid est impositio, & quotuplex. vij

¶Ad primum respondetur, quod significare aliquid est significare aliquam rem, non mediante conceptu complexo. Vel significare aliquid, est significare aliquam rẽ pro qua potest supponere vt illa vox homo. Ad. j. Signifi. qd

¶Ad secundum, respondetur, quod significare aliqua, est significare aliquas res, mediante conceptu complexo, vt populus, significat hunc hominem, & illum hominem. & cætera. Vel significare aliqua est significare aliquas res, pro quibus potest supponere, vel accipi, vt ly homines, ly populus. Ad. ij. Signi. aliq

¶Ad tertium dico, quod significare aliqualiter, est exercere suum officium in propositione, idest facere quod intellectus aliter accipiat terminos, vel res significatas per terminos, quàm acciperet sine tali signo, vt ly omnis in hac propositione, omnis homo est animal, & ly est, in hac Ad. iij. Sign. aliqlr.

lapis est substantia insensibilis, quia ly omnis facit vt capiantur res, vel termini distributiue.

Ad.iiij. ¶Ad quartum. Respondetur per propositiones.

Prima. ¶Aliquae res ponuntur ad significandum, sicuti sunt vexilla exercituum, ramus ante tabernam, lapis liminaris: ablutio baptismatis, quae significat ablutionem a peccato animae.

ij ¶Secunda propositio. Aliquae res, quae sic sunt res, quae sunt signa grammaticalia, logicalia, rethoricalia, benè imponuntur ad significandū, dū modo sint signa scripta, vel vocalia: id est termini scripti, & vocales.

Ad.v. ¶Ad quintum dubium respondeo per propositiones.

Prima, ¶Hec scriptura Deus, significat illam vocem Deus, & haec scriptura homo, significat illam vocem homo, ergo scripturę significant voces. Et voces significant scripturas sibi correspōdentes, patet. Si quis dicat paruulo vel puero, scribe, a. statim scribit illam scripturam a, & sic b, & ergo voces significant scripturas, & econtra, ad placitum impropriè id est consuetudinariè.

ij ¶Scripturę & voces dicūtur significare cōceptū naturalr, sed hoc est mltū ipropriè, saltē quoad primā ptē, qa licet notitia vocis, vel scripturę, significet vocē, vel scripturā naturaliter, ppriè, nō tñ ēcontra.

iij ¶Voces, & scripturę dicuntur significare conceptum vltimatum sui significati, ad placitum impropriè.

iiij ¶Vltima propositio. Significatum dicitur significare vocem se significantem ad placitum, impropriè, quia viso Sorte, statim vidēs profert istam vocem, en adest Sortes.

Ad.vj ¶Ad sextum dubium dico, q̄ significatio absoluta est, qua terminus sine aliqua conditione significat suum significatum, vt ly hō, hoiem.

¶Secundo dico, quod significatio dependens est, qua terminus nō significat suum significatum, nisi adimpleta cōditione, vt si imponatur ly. a. ad significādū Sortē, dūmō. b. nō imponatur ad significādū ipm.

Ad.vij ¶Ad septimū dubiū dico, quod ipositio in proposito est voluntaria ordinatio, ad significandum aliquid, vel aliqualiter, exempla patent.

Tri diuisio in mētalē, vocalem et scriptum. ¶Presupposita prima diuisione terminī significatiuum & non significatiuum, sequitur secunda diuisio termini in communi, quae talis est. Terminorum alius mentalis, alius vocalis, alius scriptus.

¶Primo tractandum de mentali: circa quem tria sunt peragenda.

¶Primo diffinitionem eius assignare.

¶Secūdo ei⁹ cōmunitatē p diuisionē a posteriori aliq̄liter manifestare,

Tertium vero vocitabitur pars argumentatiua.
Quo ad primum terminus mentalis sic describitur primo. Tis mēta.
Tīus mētalis est cognitio, qua potētia cognitiua formalr cognoscit Primo.
Secundo dicitur notitia ab ignotesco. is. ij
Tertio dicitur cōcept⁹ à cōcipio. is. Tum qa cōcipitur in mēte, tum iij
quia mediante illo conceptu intelligitur obiectum potentię.
Quarto dicitur simulacrum, effigies, vitalis immutatio. iiij

Sequitur pars argumentatiua cōtra diffinitiones seu descriptiones termini mentalis supra positas.

ET primo sic. Nullū cōplexū est diffinibile, termin⁹ mētalis est termin⁹ cōplexus, ergo termin⁹ mētalis nō est diffinibilis, cōseqntia est in ferio, & maiorē probo. Ois diffinitio scd'm Scotū in. iiij. disti. j. Debet esse entis positiui, per se vnius realis, cōpositi realiter, vel quātum ad conceptum vniuersalis, & solius talis, sed terminus mētalis caret his cōditionibus, vt patet intuētibus, ergo non videtur diffinibilis. Primo
Secundo sic argu. Illa diffinitio est mala, quam ingreditur diffinitum sed ista est huiusmodi, ergo mala, seqla est bona, & maior patet: quia tunc idem esset diffinitum, & diffinitio, vel pars diffinitionis, & diffinitum: vt si diceretur, homo est homo, animal rationale, vel hō est hō rationalis: & sic idem diffiniret seipsum. Sed minorem probo. Sic enim diffinis, terminus mentalis est terminus, ecce quomodo ly terminus, positus à parte subiecti, pro diffinito, ponitur etiā à parte prædicati pro parte diffinitionis. ij
Arguitur sic. Frustra fiunt per plura, quę possunt fieri per pauciora (vt inqt philosoph⁹ in primo phisicorū) sed anima itelligit intellectu quodcūq; intelligibile, ergo nō eget notitia, q̄ formaliter cognoscat. iij
Arguitur sic. Deus est terminus, cum sit cognitio sui ipsius, tamen non existit in potentia cognitiua, neq; est principium quo formaliter ip a potētia cognoscat: ergo diffinitio mala, maior est nota apud theologos, sed minorem probo, quod verè est (inquit philosophus in primo phisicorum) nulli accidit, sed Deus vere est idest substantia, vel potius essentia, ergo neq; sibi, neq; aliis accidit, iiij
Confirmatur, quia aliàs esset forma accidentalis sui ipsius, vel alterius, quod est hereticum. cōfirmatio
Argu. sic. Locutio angelica, q̄ vn⁹ angelus alteri audienti manifestat v

suum conceptum, est terminus, tamen non existit in potentia cogniti ua, ergo diffinitio mala, maior est nota apud theologos, sed minorem probo, quia talis loquutio est in voluntate cũ liberé fiat, ergo non in intellectu, seu potentia cognitiua angeli.

Sextum ¶ Argu. sic. Dilectio, qua diligo Deũ propter semetipsum, & proximũ in Deum, & propter Deum, est terminus mentalis, tamen non est in potentia cognitiua, sed appetitiua, hoc est in volũtate, ergo falsum est dicere, q; est terminus mentalis cognitio, qua potentia cognitiua formaliter cognoscit.

¶ Sequitur pars responsiua.

Ad .j. AD primum quãdo argu. nullum complexum est diffinibile. &c. Respondeo per aliquas propositiones, & postea ad formam argumenti.

Prima ¶ Prima. Aliquod cõplexum est diffinibile diffinitione quid nominis vt ly albũ, tenendo quod subordinetur conceptui complexo. Diffinitur enim album, est ens habens albedinem.

Secunda ¶ Secunda propositio. Aliquod complexum diffinitur diffinitiõe quid rei, quando idem est diffinitio quid rei, & quid nominis, vt Chimera est ens compositum ex impossibilibus posse componi.

Tertia. ¶ Tertia propositio. Hæc circum locutio, terminus mentalis nõ est qd complexum in mente, sed incomplexum.

Quarta ¶ Quarta propositio responsiua, ad argumentum principale. Illæ conditiones, quas Scotus enumerat in loco super allegato: sunt philosophi in primo Topicorũ & in quinto, sexto, & septimo metaphisicæ, vbi dicit, quod diffinitio est oratio indicans quid est esse rei per essentialia: vt hæc, homo est animal intellectuale. Et sic illæ conditiones cõ ueniunt diffinitioni quidditatiuæ, & nõ fundamentali, quemadmodũ est diffinitio termini mentalis, tunc ad formam argumenti, nullum complexum. &c. Concedo sequelam, & nego maiorem, & minorem.

Ad .ij ¶ Ad secundum quando argu. Illa diffinitio est mala, quam ingreditur diffinitum, conce do, sed ista est huiusmodi: nego minorem, & ad probationem, terminus mentalis est terminus. &c. Dico primo, quod terminus mentalis est species, & terminus est genus eius. Secundo dico, quod necessarium est genus ingredi diffinitionem suæ speciei quiddita tiuam, vel descriptiuam, & sicut animal ponitur in diffinitione hois

quidditatiua necessario, ita terminus in diffinitione termini mentalis. Ad.iij.

¶Ad tertium quando argu. Frustra fiunt per plura que. &c. Concedo maiorem, sed anima intellectu cognoscit hanc minorē distinguo, vel delectabiliter, facilit. r, prompte, & expedite, & sic nego minorem, pro quo pono propositiones.

¶Prima. Actiuitas in productione notitię magis prouenit ex parte obiecti, quam ex parte intellectus, quia obiectum nullo modo se habet passiue producendo notitiam sui, sed anima, vel intellectus sic. Prima.

¶Secunda propositio. Anima vtens habitu maxime intenso, operatur delectabiliter, faciliter, & expedite, & prompte, sed nō sine habitu vel habitibus: tunc ad argumentum, anima intellectu intelligit, distinguo istam: vel intelligis quod anima se sola, medio intellectu, producat notitiam alicuius obiecti, ab. q; presentia ipsius obiecti, & absq; representatiuo eiusdem obiecti, & sic nego illā. Quia omnis notitia paritur ab obiecto & potentia. Vel secundo intelligis, quod anima, mediante intellectu cōcurrente, & obiecto, vel specie eius, sine preuia notitia eiusdem obiecti, producit notitiam de nouo, & sic concedo: sed non faciliter & expedite. &c. Sicut produceret, si prehabuisset notitiam, vel notitias ante. Exemplum, homo absq; securi scindere potest lignum, sed nō ita faciliter, sicut mediante securi. Ex quo infertur, quod anima incognoscendo, potest vti duplici instrumento, naturali, vt est intellectus, et accidentali, vt est notitia, vel habitus habita de re, vel rebus. Secunda

¶Ad quartum, Deus est terminus propo. & cęte. Fateor Deum esse terminum, a quo omnia accipiūt esse, & viuere, & conseruari, & in quē omnia reducuntur immediate vt creatura rationalis, vel mediate sicut ceterę creaturę. Sed nego quod sit terminus logicalis. Non mentalis, quia non est qualitas. Nō scriptus, quia non est scriptura. Non vocalis quod est ens successiuum, non habens esse, nisi in fieri, Deus autem ab ęterno, & vsq; in ęternum est permanens. Ad.iiij.

¶Cōfirmatur ista responsio. Nulla creatura est creator, sed supradicti termini sunt creaturę, ergo nullus illorum est creator. Et si arguas, Deus est ratio cognoscendi seipsum, ergo signum representatiuū, ad hoc respondeo per sequentes propositiones.

¶Prima. Deus est ratio idest precipua causa in genere causę efficientis cum concurrat cum omnibus secundis causis, in suis operationibus et ita cum intellectu in cognoscendo. Prima

¶Secunda propositio. Deus est vltimus finis omnium creaturarū quē Secunda.

appetunt possidere, intelligere, & amare, propter quem multa operantur, cum ipse Deus sit causa finalis omnium.

iij ¶Tertia propositio. De' nullo pacto est causa materialis, neq; formalis alicuius, cum quelibet illarum dicat imperfectionem.

iiij ¶Quarta propositio. De' est signũ significãs, vel representãs se naturaliter sibi, & necessario: sed creaturis se representat cõtingenter & voluntarie. putã beatis, per liberam ostensionem sue presentie: viatoribus aũt per reuelationem, vel aliquo modo alio. Sed omne tale representare est considerationis theologice, & non logicalis, nisi de per accidẽs

Loquutio in quantum ipsa logica potest vti terminis theologicis.

Ad.v. ¶Ad quintum. Loquutio angelica, est terminus mentalis. &c. Respõdeo ponendo propositiones.

Prima. ¶Prima. Conceptus, seu cogitationes creature rationabilis, soli Deo sunt cognite, & credo priuilegio, vel potius reseruatione speciali: sunt tñ cognoscibiles à creatura, cũ cadãt sub obiecto intelleçt' creati, quod est ens, vel res, secũdũ vnã opinionẽ: vel ens limitatũ secũdum aliam.

ij ¶Secunda propositio. Duplex est loquutio, vna vocalis, patens intuẽ

Duplex lo. tibus: alia intellectiua.

Prima. ¶Prima vtuntur homines viatores, & etiam bti corpore, & anima simul: vt Christus, & beata virgo Maria.

ij ¶Secunda vtitur Deus, dum loquitur, seu reuelat sua mysteria spiritibus angelicis, vel alijs. Hac etiam loquutione, vtuntur spiritus, tam beati, quam non beati: & etiam anime separate, dum imperio Dei, vel motu proprio secreta sui cordis alijs manifestant.

iij ¶Tertia propositio. Duplex est agens liberũ primũ per se: vt volũtas

Duplex est agens. in creatura angelica, & humana. Aliud est agẽs liberũ p participatiõẽ sed non per se: vt sunt intellectus, & cętere potentię subiectę imperio volũtatis. Tũc ad argumẽtũ. Loquutio angelica est terminus, cõcedo maiorẽ, & nego minorẽ. Et cũ pbas, libere fit: ergo est in volũtate, distinguo istã: vel intelligis in volũtate imperãte intellectui, tanquã in mouẽte, vel in causa, sine qua non, & sic cõcedo, vel intelligis notitiã esse in volũtate formaliter, & inhesiuẽ, & sic nego quod loquutio angelica sit in voluntate, cum hereat intellectui formaliter.

Ad.vj. ¶Ad sextum. Dilectio, qua diligo Deum. & cę, est terminus mentalis, & heret potẽtię cognitiuę, ergo est mala, concedo sequelã, & nego antecedẽs. Et ad probationẽ, nihil volitũ, nisi pręcognitũ, dico tria. Primũ, quod argumẽtũ videtur cõcludere oppositũ, cũ cognitio precedat

volitionem,& sic sequitur bene, volitū ergo cognitū,sed nō sequitur cognitū ergo volitū,vel nolitum,sed sequitur bene, cognitum ergo volitū vel nolitū,vel nō volitū. Secundo quo ad id: volitas est potētia ceca & sic nihil vult,vel non vult,nisi prius cognoscatur à potentia cognitiua,quia sicut se habet potentia ad potentiam, ita operatio ad operationem: sed intellectus est prior voluntate,saltem in operando,ergo intellectio est prior dilectione,& sic per intellectionem intelligimus formaliter,& per volitionem formaliter volumus, seu diligimus:& per nolitionem odimus sed per non volitionem,suspendimus volitionem,vel nolitionem. Ex dictis patet solutio ad argumentum,quod loquutio angelica est terminus,seu propositio mentalis de claratiua alicuius secreti Dei,vel angeli loquentis, existēs formaliter in intellectu angelico,imperato tamen à voluntate Dei,vel sua.

¶ Sequitur pars dubiorum motiua.

PRimo queritur, qua de causa terminus mentalis significat naturaliter propriè suum significatum, j. dubium.

¶ Secundo cur dicitur,naturalis similitudo obiecti,& non ecōtra? ij

¶ Tertio,si potest cadere a sua significatione naturali. iij

¶ Quarto,quid est significare naturaliter in mente. iiij

¶ Quinto,si notitia Sortis posita in lapide sit notitia. v

¶ Sexto, si eo quod naturalr̄ cōmuniter significat,dicitur trs mētalis. vj

¶ Ad primum. Respondeo per propositiones. Ad.j

¶ Prima. Diceret Scotus,quia hoc est hoc, & illud est illud, idest hoc habet terminus mentalis ex sua propria natura, vt significet naturaliter propriè suum obiectum,& ob eādum habet à sua propria natura, vt significetur per talem notitiam.

¶ Propositio. Termin⁹ mētalis dicitur significare naturaliter ,ppriè, qa non significat ex impositione,quemadmodum vocalis,& scriptus. ij

¶ Propositio. Terminus mentalis dicitur significare naturaliter propriè,ad differentiam rerum,& signorum naturaliter communiter significantium solum. iij

¶ Respondeo similiter per propositiones. Ad.ij

¶ Prima. Terminus mentalis nō est similis suo obiecto, in aliqua qualitate communi, sicut Petrus, & Ioannes possunt esse similes in iustitia quia vterq; iustus. Prima,pp.

ij ¶Propositio. Terminus mentalis nō dicitur similis suo obiecto, pro tractione lineali, vt homo pictus, & homo viuus sunt similia tali lineatione.

iij ¶Propositio. Terminus mentalis, & suum obiectum non dicuntur similia in operatione: vt plumbum, & aurum graue in descensu.

iiij ¶Propositio. Terminus mentalis dicitur similis suo obiecto, obiectiue siue passiue: quia producitur ab eo per modum cuiusdam impressionis eo modo quo vestigium dicitur impressio rei vestigiate: sed obiectum non est effectus, seu vestigium, quapropter non est similitudo notitiae scilicet ipsum obiectum.

Ad.iij. ¶Respondeo per propositiones.

j ¶Prima. Terminus mētalis, potest cadere à sua significatione, cum pos sit desinere esse.

ij ¶Propositio. Stante in mente potest cadere à sua significatione, si à potentia diuina suspendatur actus eius, quod est significare: sicut si esset albedo in pariete, & eum non dealbaret, quod est possibile Deo.

iij ¶Propositio. Manēte tali termino in potentia cognitiua, suaq; operatione non impedita, non potest cadere à sua significatione, cū sit agēs naturale quod agit in quantum potest. Et si argu. ly omnis, in hac propositione omnis homo est animal, potest cadere à sua significatione, ergo dicta nulla, forte negabis antecedens, quod sic probo, addatur sibi ly non, non omnis homo est animal, iam ly omnis significat aliqualiter distributiue in prima, in secunda significat aliqualiter disiunctiue.

j ¶Respondeo dupliciter. Primo modo, quod non est inconueniēs agēs naturale impediri à sua propria operatione, sicut facit ignis in fornace ignis trium puerorum: & sic ly omnis impeditur per ly non: quia sunt agentia naturalia in mente.

ij ¶Dico, & forte melius, q; non impeditur à sua significatione essentialiter: q; est significare aliqualiter: sed bene accidentaliter, q; est significare aliqualiter distributiuē.

iij ¶Ad quartum dico, q; significare aliqualiter in mente est, exercere suum officium in propositione super aliquem terminum: vel terminos. Dicitur notanter in propositione: quia extra propositionem nullum signum sincathegoreumaticum significat aliqualiter, licet benè aliquid vel aliqua: vnde ly omnis in hac propositione: omnis est signum vniuersale: non significat aliqualiter, sed bene aliquid, nec est sincathegoreuma. Sed in ista, omnis homo est animal, est sincathegoreuma, et

exercet suum officium impropositione, supsubiectum distributiuè, & supra prædicatum confusiuè. Dicitur notanter super terminū, quādo vis eius non fertur nisi per vnum terminum, vel ly omnis in hac proportione, omnis Deus est summum bonū & ly, a, in hac, a, homo non est homo, vbi confundit terminū immediate solum, secundum vsum dialecticorum. Dicitur notāter sup terminos: vt ly nullus in hac propōne. Null⁹ homo est lapis, quod quidem signum distribuit, tam subiectum, quam prædicatum.

¶ Ad quintum. Circa hanc difficultatem est duplex opinio. Vna dicit, q̄ illa qualitas est notitia, quod sic ꝓbatur. Illa qualitas est impotentia propinqua, ergo est notitia, cum illa qualitas sit nata significare suum obiectū naturaliter propriè: ergo est notitia in lapide, licet lapidi non sit notitia. Ad.v.

¶ Secunda opinio dicit, illam qualitatem nō esse notitiā: quod probat, est in potētia remota, ergo non est notitia: & quod sit in potentiā remota, probat, non potest poni in intellectu, sine mutatione subiecti, & loci, dico ergo quod illa qualitas vbicūq; ponatur essentialiter est qualitas, & accidens, & ens sed non videtur esse notitia in lapide: quia nulli ignotescit, neq; existēs in lapide potest alicui suum obiectum manifestare. ij

¶ Quando quęritur, quit sit prius esse similitudinem obiecti, vel significare ipsum naturaliter propriè, respondeo per propositiones. Ad.vj.

¶ In omni actione, agere præsupponit posse: & posse, præsupponit esse rei, vt calefacere, præsupponit calefactiuū esse, & calefactiuū, præsupponit esse ignis, vel solis, vel alicui⁹ huiusmo di calefactiui. Prima,

¶ Propositio. Significare naturaliter propriè suum obiectū, est agere suo modo. Esse similitudinē naturalem obiecti, est posse eē. Notitia mentalis, est esse rei, puta, existentia ipsius notitię. ij Significare natalr. pprie suū

¶ Supposita secunda diuisione, in terminum mentalem, vocalem, & scriptum: manifestata etiā diffinitione termini mētalis incōmuni, solutisq; etiam argumentis, contra eam factis, & enucleatis dubijs circa illam contigentibus: sequitur prima diuisio termini mentalis, quę talis est. Terminorū mētalium. Ali⁹ complexus, alius incomplexus. obiectum quid. Diuiditur trs mēta. ī cōplexū & ī incō.

De termino mentali complexo & in communi.

Incōp. qd. ¶ Incomplexus est, notitia simplex, simplicis obiectū: vt notitia Dei: cognitio hominis: conceptus leonis.

duplex cō. ¶ Complexus est duplex. distans, & indistans. Distans est notitia, qua plura concipiuntur, mediante aliquo coniungibili. vt homo est animal. Deus iudicabit orbem terrę, & non cōmouebitur.

¶ Indistans est notitia, qua plura concipiuntur non coniuncta per aliquod coniungibile: vt homo albus: hominis leo.

¶ Contra hanc diuisionem sic arguitur. Nullū est diuisum illius diuisionis, ergo diuisio nulla. Sequela est bona, & antecedens probo: quia si aliquod esset diuisum, vel esset terminus mentalis, vel non terminus mentalis, non primum, nec secundum, ergo intentum.

Primo. ¶ Quod non sit terminus mentalis probo sic. Hęc est vera, nullus terminus mentalis est diuisum, ergo ista est vera. Ergo terminus mētalis non est diuisum. Tenet cōsequētia à sub alternante ad suā alternatam: ergo contradictoria sub alternantis (puta hęc, terminus mentalis est diuisum) est falsa: duę enim contradictorię non possunt esse simul verae, nec simul falsę. Patet ergo aūs principale quoad primam partem, sed quo ad secūdā probo sic. Si non terminus mētalis esset diuisum, sequeretur quod diuisum non verificaretur de mēbris diuidentibus, quod est falsum: quod sequitur patet: istę enim sunt falsę: iste terminus mētalis est nō terminus mētalis, & iste tīs mētalis est nō tīs mētalis, ergo intentū.

cōfirmatio ¶ Confirmatur principale argumentum. Bene sequitur, terminus mētalis est diuisum illius diuisionis, ergo iste terminus mētalis est diuisum vel iste terminus mentalis est diuisum, &c. ergo intentum.

ij ¶ Argu. sic, cō primū mēbrū diuisionis. Nullus tīs mētalis est cōplexus ergo illa diuisio claudicat: aūs probo, & sit hęc notitia cōplexa, exēpli grā. Oīs hō est ens, sed haec nō ē tīs cōplexus, ergo neq; alia, cū nō sit maior rō vnius, q̄ȝ alterius. Aūs pbo, qa tūc daretur duę ppōnes, oīno similes, significātes nālr, q̄rū vna esset necessaria, & alia ipossibilis: putā hę duę mētales, oīs hō ē ens, & oē ens ē hō, cōstituūtur ex similibus extremis, & copulis, & significāt nālr pprie, cū sint mētales, ergo intētū.

Ad. j. ¶ Respōdeo ad primū, & nego aūs. Et ad probationē, vel esset tīs mētalis, vel nō mētalis, do primū: & ad replicā, nullus terminus mētalis est diuisum, cōcedo istam, cum subiectū supponat psonalr, ergo terminus mentalis non est diuisum, nego istam sequelam, est enim fallatia figurae dictionis: & nego, quod ista sit sub alterna illius vniuersalis: terminus mentalis non est diuisum: sed ista aliquis terminus mentalis, non

est diuisum: & nego iterum, quod sint contradictorię hę videlicet, nullus terminus mentalis est diuisum, & terminus mentalis est diuisum, cū subiectum primæ supponat personaliter, & secūdę simpliciter, vel materialiter, secundum aliquos nominales.

¶Ad primā confirmationem quando argu. Si terminus mētalis est diuisum, ergo iste terminus, vel iste, nego sequelam, non enim fit descensus sub termino supponente simpliciter: & est fallatia figurę dictionis nec addendo signum vniuersale, neq; particulare, termino supponenti simpliciter. Ad. j. cōfir.

¶Ad secūdū argumētū nego ans, & ad probationē: dare tur due ꝓpositiones oīno similes, significātes naturalr. &c. nego sequelā: & ad ꝓbationē, hę sunt oīno similes: omnis hō est ens, & omne ens est homo, nego quod sint similes, & cū probas, cōponūtur ex similib' extremis. Ad. ij

¶Respondeo, quòd sufficit differentia accidentalis ad hoc, quòd non sint similes, nec significent eodem modo: subiectum, nempe ꝑmę est ly homo, & supponit confusè distributiuè, & idipsum in secunda confusè tantum, & ly ens, in prima, supponit confusè tantum, & ipsum, etiam in secunda confusè distributiuę, & sic argumentum non concludit contra primam diuisionem termini mentalis.

¶Secunda diuisio termini mentalis, talis est, terminorum mentalium alius est notitia intuitiua, alius abstractiua. Alia diuis. tri mētalis

¶Notitia intuitiua secūdū Scotū est rei pręsentis, vt pręsens est in actua existentia eius: vt notitia quam habeo de albedine pręsenti, & notitia facialis, quam habent beati de Deo, & de sanctissima trinitate. Vel est notitia habita de re, vel rebus in aliquo repręsentatiuo eminetiori: vt notitia, quam habent beati, vel possunt habere, de nobis viatoribus, relucentibus in verbo diuino. Noti. ītui.

¶Secundo diffinitur sic secundum Ocham, notitia intuitiua ē, qua iudicatur euidenter aliquid esse, vel non esse: vt notitia qua iudico me esse, & me viuere, et rosam non esse. alia diuisio

¶Notitia abstractiua sic diffinitur. Notitia abstractiua est, cognitio rei absentis, vt absens est: vt cognitio, quam habeo de patre meo defuncto, & notitia diluuij generalis, vel dici iudicij vniuersalis, & hoc secundum mentem scotizantium. Sed secundum Ocham sic diffinitur, notitia abstractiua est, qua nō potest iudicari euidenter, aliquid esse, vel non esse: vt notitia huius propositionis papa dormit. Noti. abstr.

Pars argumentati. ¶ Sequitur pars argumentatiua contra hanc secundam diuisionem termini mentalis

Sic argu. Primo, nulla est notitia intuitiua, ergo superuacane diuiditur termin⁹ mētalis in notitiam intuitiuam, & abstractiuam, sequela videtur bona, & añs probo. Si esset aliqua notitia intuitiua, vel esset notitia substantiæ, vel accidētis: non substantię: cum nulla in presenti statu videatur, nec cognoscatur aliqua potentia, quod sic deduco. Substantia nec intuitiuè videtur, nec gustatur itnitiuè, & generaliter a nullo sensu exteriori nec interiori intuitiuè sentitur, ergo nec intelligitur, cū nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Nec habetur notitia intuitiua, saltem intellectiua accidentis, cum talis notitia non habeatur a presentia rei, cum ipsa producatur immediatè a specie intelligibili, & potentia intellectiua: & species a fantasmate: & fātasma a notitia exteriori sensitiua, igitur poti⁹ dicitur abstractiua, quàm intuitiua, cum a presentia rei non producatur, vt patet in discursu facto.

Pars respōsiua. ¶ Ad argumentum contra secundam diuisionem termini mentalis: quando argu. nulla est notitia intuitiua, nego antecedēs, & ad probationem respondeo per aliquas propositiones, quarum prima est.

Prima .p. ¶ Sensibilium habemus notitiam intuitiuam: tam sensitiuam, q̃ʒ intellectiuam: vt patet de visione rosę, & de eius intellectione intuitiua, quę vt supponitur causatur a re presenti, vt presens est, quod sufficit secundum opinionem Scoti; vel est notitia, qua euidenter cognoscimus rosam esse, & eam esse odorabilem, lenem: & sic potest dici de cęteris sensibilibus, quorum notitia cognoscimus euidenter, eam adesse, quę quidem notitia a presentia ipsorum est producta.

ij ¶ Secunda propositio. Intelligibilium habemus notitiam intuitiuam, intellectus nempe se ipsum intuetur, homo euidēter cognoscit se viuere, se intelligere, se velle, & nolle, & multa alia, intelligibilia intuitiuè cognoscit.

iij ¶ Tertia propositio. Notitia intuitiua: dicitur singularis, & nō cōmunis id est distincta, & non confusa.

¶ Quar-

¶ Quarta propositio. A notitia intuitiua exordiū summit noti- iiij
tia experimentalis. Vt ista, ille ignis est calidus: & ex notitia ex
perimētali, vel ex experimentis, exordiū habet, principium ali-
cuius scientię: vt ex his, iste ignis est calidus, & iste ignis est cali
dus, infertur ista, ignis est calidus: et ista, omnis ignis est calid⁹
¶ Tunc ad formam argumenti: nulla est notitia intuitiua, nego
antecedens (vt iam negatū est) Et ad probationē, concedo, quod
substantia non videtur intuitiuè, pro statu isto, bene tamē intel-
ligitur intuitiuè, & fortè ex intuitiua singulari sensitiua, infer-
tur cōmuniter intuitiua, intellectiua eiusdem obiecti, vt si sen-
tior intuitiuè Sortem, ergo & intellectiuè intuitiuè.
¶ Circa hanc diuisionem dubitatur primo, an viator possit ha- j. dubiū
bere notitiam intuitiuam Dei, Angeli, vel animę separatę?
¶ Secundo dubitatur, si notitia intuitiua potest conseruari abs- ij. dubiū.
q; presentia sui obiecti.
¶ Ad primum respondetur per propositiones. Ad. j.
¶ Prima. Viator non potest habere naturaliter notitiā intuiti- Prima pp.
uam Dei, cum cognoscat per speculum, & in enigmate.
¶ Secunda propositio. Viator per potentiam Dei potest habere ij
notitiam intuitiuam transeuntē, sicut Paulus in raptu vsq; ad
tertium cœlum, & de Mose asserit sacra pagina: quòd loqueba-
tur ad deum sicut amicus ad amicum, & cornuta facta est facies
eius, ex consortio luminis Dei, & ille magnus patriarcha Iacob
inquit, vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima
mea, sic. n. asseritur, à catholicis viris, de virgine immaculata.
¶ Tertia propositio. Notitia Dei intuitiua permanens, non vi- iij. ppos.
detur compossibilis statui nostrę corruptionis, & miserię.
¶ Christus seruator noster cum non sit purus homo, habuit no- iiij. ppos.
titiam intuitiuam Dei, & in statu corruptibili, & mortali.
¶ Ad secundum dubium. Respondetur breuiter: quòd notitia Ad. ij. du.
intuitiua licet per potentiam super naturalem possit conserua-
ri absq; præsentia sui obiecti, non tamen per potentiam natura
lem, quemadmodum radij solares, sine præsentia solis minime
seruantur, & si quęratur seruata sine præsentia obiecti, quid sig-
nificat, respondetur: quod significabit suum obiectum, euiden-
ter non esse.

¶Tertia diuiſio termini mentalis.

iij. diuiſio trī mētalis Terminorum mentalium,alius eſt notitia vltimata,alius nō vltimata.Notitia vltimata,& cōcept⁹ vltimatus eſt naturalis ſimilitudo rei,vel habit⁹ ſyncathegoreumaticus,ſig-
Cōceptus vltim.qd. nificans aliqualiter,naturaliter propriè. Exemplum primi, vt notitia hominis.Exemplum ſecundi,vt ly eſt in mente cui ſubordinatur ly eſt in voce,& in ſcripto.vt in hac ꝓpoſitiōe, homo
Cōceptus nō vltim. eſt animal. Conceptus non vltimatus eſt, naturalis ſimilitudo vocis:vt notitia huius vocis, vel ſcripturæ,homo, vel notitia huius propoſitionis homo eſt animal.

¶Circa tertiam diuiſionem non ſe offerunt argumenta,ſed oritur vnum dubium. An ſit dabilis notitia vltimata,quæ non ſit ſimilis ſuo obiecto, ad quod reſpondetur per duas propoſitiones.

Prima, ¶Prima propoſitio,dabilis eſt talis notitia,ſeu qualitas actualiter non ſimilis ſuo obiecto,manente eadem qualitate, ſeu notitia,& deſtructo obiecto ſuo.

ij ¶Secunda propoſitio, non eſt dabilis illa notitia, quin ſit aſſimilatiua ſui obiecti,cum ſit propria paſſio realiter eidem,& inſeparabilis ab eo.

iiij.diuiſio trī mētalis ¶Quarta diuiſio termini mentalis,talis eſt. Tꝛorū mētaliū,alius ſignificat propriè,alius impropriè.

Significare ꝓpriè. ¶Propriè ſignificare,eſt ſignificare naturaliter propriè, vt notitia hominis,notitia Dei.

Significa. īprop. ¶Impropriè ſignificare,eſt ſignificare ex impoſitione, vt notitia huius vocis homo,quæ ſignificat eandem vocē naturaliter propriè,& ſignificat homines impropriè,& ex impoſitione illius vocis,ipſa notitia etiam ex impoſitione ſignificat homines impropriè(vt dictum eſt)ex quo infertur, quòd non eſt inconueniens eundem terminum mentalem ſignificare naturaliter propriè, & ex impoſitione:vt patet,in exemplo dato.

Primo, ¶Contra quartam diuiſionem, terminorum mentalium, alius ſignificat propriè,ali⁹ impropriè.Sic argu.in oī bona diuiſione diuiſum eſt verificabile de membris diuidentibus: vt hæc, ani-

malium aliud rationale, aliud irrationale est bona diuisio: quia hæ sunt veræ, rationale est animal, & irrationale est animal, sed tua diuisio nō est huiusmodi, ergo mala. Minorem probo, quia hæc est falsa, omne repræsentans se impropriè est terminus mentalis, probo sic, hæc est falsa, lapis repræsentans se impropriè est terminus mētalis, terminus scriptus repræsentās se impropriè est terminus mentalis, & sic de singulis.

¶Secundo sic arguitur contra significare propriè, vbi dictum est, quòd notitia huius vocis homo, significat ex impositione, hoc est falsum, quod sic probo. Nullus terminus mentalis est in potestate humana, vel angelica vt ab eis valeat imponi, ergo nō significat ex impositione, saltem creata. ij

¶Tertio sic arguitur contra eandem diuisionem. Cuiuslibet diuisiones membra debent esse opposita, sed istius diuisionis membra non sunt opposita, ergo non est bona. Maior est nota, sed minorem probo. Omne repræsentans propriè, repræsentat etiam impropriè: patet, terminus mentalis repræsentat suum obiectum propriè, & se impropriè, terminus scriptus repræsentat suum significatum propriè, & se impropriè, & similiter vocalis. iij

¶Quando arguitur. In omni bona diuisione diuisum debet verificari de membris diuidentibus: distinguo maiorem, vel disiunctim captis, vel diuisim: primum est verum vniuersaliter, secundum, vero non. Vnde hæc est vera, omne significans propriè, vel impropriè, est terminus mentalis, sed hæc copulatiua est falsa, terminus mentalis significans propriè est terminus mētalis, & significans impropriè, est terminus mentalis. Ad. j.

¶Ad secundum, respondeo negando quòd sit falsum illam notitiam non vltimatam significare significatum vltimatum ex impositione: & ad probationem dico, quòd ille terminus est in potestate diuina, vt patet, & in angelica, & humana, saltem quoad impositionem, quia vt communiter tenetur ad impositionem vocalis termini, vel scripti sequitur impositio mentalis non vltimati, cum sit naturalis similitudo illorum. Vnde notitia huius vocis homo, & illa vox homo, & illa scriptura homo, significant hominem ex impositione propriè, saltem duo vltima. Ad. ij.

Ad.iij. ¶Ad tertium. Cuiuslibet bonę diuisionis membra debent esse opposita: distinguo maiorem, vel realiter, vel formaliter, & sic nego quòd membra istius diuisionis non sint opposita, saltem formaliter: habent enim diuersas rationes, ideft, diffinitiones. Terminus nẽpe significans propriè, significat naturaliter propriè: vel ex impositione propriè, sed terminus significans impropriè, est significans naturaliter cõmuniter.

¶Et si quęratur, quę diuisio est ista? Respondetur, quód est ęquiuoci in sua equiuocata.

v.diuisio t mini mẽta. In cõceptũ categoreu. & actũ syn cathego. ¶Quinta diuisio termini mentalis, est talis. Terminorũ mẽtalium, alius est cõceptus cathegoreumaticus, alius actus syncathegoreumaticus. Exemplum primi est, notitia Dei vel hominis, conceptus populi seu gentis. Exemplum secundi est, ly est quod significat aliqualiter precise naturaliter, in hac propositione mentali, hõ est animal Quia syncathegoreumata, syncathegoreumaticè sumpta non sortiũtur nomen notitię, seu cõceptus: sed tantum nomen actus: & cum non se offerant argumenta in præsentiarum, hæc sufficiant pro quinta diuisione termini mentalis.

Sexta diui. termi. mẽ. ¶Sexta diuisio termini mentalis est, terminorum mentalium alius notitia directa, alius reflexa.

Cõce. dire. ¶Conceptus directus, seu notitia est cognitio obiecti, vel rei significatæ per talem terminum mentalem, vt notitia hominis vel angeli.

¶Sed conceptus reflexus est, notitia notitiæ. Exemplum, sit, a notitia quam habeo de Sorte, & ab ista notitia, a. & intellectu meo, producatur alia notitia, quæ vocetur. b. tunc, a, dicitur conceptus directus, & b. reflexus, quia est notitia prioris notitiæ.

Argu. pri. ¶Contra sextam diuisionem termini mentalis, arguitur sic. Si esset dabilis aliqua notitia reflexa, sequeretur manifestè processus in infinitum, quod est contra omnes philosophos, & theologos, forte negabis sequelam quam probo, & vocetur prima notitia fortis. a. tunc si à notitia. a. prodatur notitia. b. reflexa & à notitia. b. reflexa, producatur notitia. c. reflexa, & sic consequenter in infinitum, cum non videatur maior ratio de vna quàm de cæteris, si ergo à notitia cognitiua & ab vna notitia reflexa causatur alia, a simili à qualibet potest alia produci, & causari.

¶Secundo arguitur sic. Si est notitia reflexa, vel reflectitur ab obiecto in potentiam, vel à potentia in obiectum, quemadmodũ radij solares à pariete in aerem: vel species visuales à specie ad potentiam visiuam: sed talis reflexio, non videtur in cognoscente, & cognoscibili. ij

¶Ad primum respondeo negando sequelam. Et ad probationem dico: quòd sicut producitur prima ab obiecto, & potentia, ita secunda, quæ est primę reflexio à prima: & secunda reflexa, à prima reflexa, & sic de alijs. Sed tamen propter limitationem potētiæ cognitiuę, & imperfectionem notitiarum producibilium in essendo, & mouendo potentiam, tandem deuenietur ad vnam vltimam productam, non productiuam alterius notitiæ, propter sui imperfectionem. Ad.j.

¶Secundo dico, quòd in intuitiuis conceptibus, perspicuum est, non dari processum in infinitum, propter limitationem potentiæ, & imperfectionem motiui. Dabilis est tamen maior, & minor numerus, respectu maioris actiuitatis, seu perspicacitatis potentię intellectiuę. ij

¶Tertio dico: quòd in perfectione, & in imperfectione, non est processus in infinitum in notitijs. Vnde hęc est imperfectissima notitia Dei: Deus est ens: & hęc perfectior, Deus est sapientia: & hęc videtur perfectissima & omnia alia perfectior, hic Deus est, hęc essentia diuina, vel hic Deus est Deus, similiter hęc videtur perfectissima suo modo, Sortes est hic homo: & ista minus perfecta, Sortes est homo: & sic ascēdēdo quāto superior, tāto minuus perfecta. Et Sortes est ens erit imperfectissima, loquor in conceptibus quidditatiuis, & non in accidentalibus, seu intentionalibus: vt Sortes est albus: Sottes est indiuiduum. iij

¶Ad secundum. Quando arguitur, cur dicitur reflexa, vel quia reflectitur ab obiecto in potentiam, & cætera. Respondetur breuiter: quòd reflexio non capitur in proposito, vt in scientijs realibus: putà, in perspectiua, & cætera. Sed dicitur notitia directa, quæ ab obiecto & potentia paritur. Et nuncupatur reflexa, quæ à notitia, seu conceptu, & potentia paritur, & sic notitia, seu conceptus reflexus est notitia notitię, seu conceptus conceptus. Ad. ij.

¶Circa hanc materiam, primo dubitatur, an notitia reflexa sig- Primũdu.

nificet obiectū notitiæ directæ: putā, si notitia notitię Sortis significet ipsum Sortem.

ij ¶Secundo dubitatur si notitia reflexa, potest esse per aliquam potentiam sine notitia directa.

iij ¶Tertio dubitatur, notitia reflexa est ne terminus vltimatus, vel non vltimatus.

Ad.j. ¶Ad primum respondetur ponendo propositiones. Prima: si no
Prima. titia reflexa significat notitiam directam absolute, sub ratione significati & non significati, tunc solum repræsentat ipsam notitiā directam, & non obiectum.

ij ¶Secunda propositio. Si notitia reflexa significat notitiam directam, sub ratione signi, tunc repræsentabit ipsum obiectum: exempla sunt in promptu, notitia enim imaginis beatæ Mariæ, potest mihi repræsentare ipsam imaginem absolutè, & sic non repræsentabit imaginatum, vel potest mihi repræsentare ipsam imaginem sub ratione imaginis, & sic vtrumq; repræsentabit: videlicet imaginem & imaginatum, ita in proposito.

Ad. ij. ¶Ad secundum dubium dico, quòd si notitia reflexa est intuitiua propter potētiā naturalem, sine præsentia alterius notitię, conseruari non potest, sed bene per potentiam super naturalem, si tamen est notitia abstractiua, proculdubio conseruabitur: sine præsentia obiecti.

Ad.iij. ¶Ad tertium dubium dico, quòd vtraq; pars potest sustineri, quia respectu illius notitiæ, à qua immediatè fuit producta, producta potest dici terminus vltimatus, sed respectu remotioris, diceretur non vltimatus.

vij.Diui. ¶Septima diuisio, terminorum mentalium, alius est intellectiuus alius sensitiuus. Intellectiua notitia est duplex: scilicet, speculatiua, & practica.

Not.spec. ¶Speculatiua est, notitia cuius finis est scire: vt notitia huius propositionis, Deus est ens.

Not. pra. ¶Alia est practica: vt notitia huius propositionis. Deus est summè diligendus, vel notitia harum propositionum. Diliges dominum Deum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum, cuius finis est operari.

¶Tunc sic diffinitur, notitia intellectiua est cognitio: videlicet, qua intellectus tendit in obiectum.

Sed notitia sensitiua est, qua sensus tendit in obiectum: vt, visus in rem visibilem, mediante visione: & sic de alijs sensibus exterioribus, & etiam interioribus, quemadmodum sunt, sensus communis, fantasia, estimatiua, imaginatiua, memoratiua. &c.

Terminorum mentalium, alius est notitia actualis, alius habitualis. viij. Diui.

Actualis est per quã intellectus, actualiter tendit in obiectum. Not. actu.

Habitualis est, qualitas, vel habitus in mẽte generat⁹ ex multis actibus, quo habitu intellectus redditur promptior, ad consimiles actus, ex quibus illa notitia, vel habitus est generatus. habitualis

Nona diuisio, trs mẽtalis, alius est notitia distincta, ali⁹ confusa. ix. Diuisio

Distincta secũdum Scotum, est notitia rei, habita per diffinitionem ipsius rei, vt notitia hominis, habita per istam orationem, animal rationale. Not. disti.

Sed notitia confusa, secundum eundem, est notitia alicuius rei habita per nomen ipsiusmet rei, vt notitia hominis habita per hoc nomen homo, & sic notitia huius nominis homo debet esse prior notitia huius rei homo: quæ notitia rei, dicitur confusa. Vel aliter notitia confusa est, cognitio alicuius inferioris, in conceptu sui superioris vt quando cognosco hominem, in conceptu animalis habeo notitiam hominis confusam. Not. cõfu.

Decima diuisio. Terminorum mentalium alius est notitia apprehensiua, alius iudicatiua. Apprehẽsiua est cognitio, qua intellectus apprehendit aliquid, vel aliqua, vel aliqualiter, & hæc dicitur propriè, notitia mentalis, quæ aliquando est complexa, aliquando incomplexa. Exemplum primi est cognitio, qua apprehendo hominem viatorem esse peregrinum. Exemplum secundi est cognitio, qua apprehendo Sortem, & ista apprehensiua, semper est prior iudicatiua, eiusdem obiecti. x. Diuisio Not. app.

Notitia iudicatiua est iudicium, quo iudicamus apprehensum esse vel non esse. Exemplum primi est cognitio, qua iudico ita esse sicut per hanc significatur, Deus est summum bonum. Exẽplum secundi, est notitia qua iudico, quod Antichristus non saluabitur. Not. iudi

Vndecima diuisio. Terminorum mentalium, alius est notitia singularis, alius communis. Exemplum primi, est notitia Sortis, seu Petri. Exemplum secundi est cognitio hominis seu animalis. xj. diuisio. Noti. singu, & cõis

xij.diuisio trs creat⁹. trs i crea. ¶Duodecima diuisio, terminorum mentalium alius est creatus, alius increatus. Creat⁹ est quicumq; terminus mētalis, vocalis, vel scriptus. Increat⁹ vero est solus Deus, qui nullo pacto est terminus logicalis, nisi summatur sub aliqua consideratione logica, & transcendentaliter. Et gratia breuitatis ommittimus, hic formare argumenta, mouereq; dubia circa prædictas diuisiones.

¶Seqnitur de termino vocali.

¶Circa terminum vocalem tria sunt peragenda.

¶Primo deffinitionem illius annotare.

Secūdum ¶Secundū contra diffinitionē datam, aliqua argumēta formare

Tertium. ¶Tertiū vero ad obiecta respondere.

Ad primū ¶Quo ad primum nota, quòd terminus vocalis potest considerari tripliciter.

Primo. ¶Primo, quoad proferentem.

Secundo. ¶Secundo, quoad percipientem, seu audientem.

Tertio. ¶Tertio, quoad eius significationem.

Adprimū Trs vocalis quid. ¶Quoad primum, sic potest diffiniri. Terminus vocalis est vox prolata, ab ore animalis, vel ab aliquo supplēte vicem eius. Quę diffinitio sic intelligitur, diffinitum huius diffinitionis, potest esse ipse terminus vocalis, vel secunda intentio attributa sibi, in ordine ad alios terminos inferiores, siue superiores.

¶Vel potest esse diffinitum aggregatum ex termino vocali, & ista secunda intentione. Vox ponitur loco generis, & propriè intelligitur de voce cathegoreumatica. Ab ore animalis, id est hominis ponitur loco differētiæ. Vel ab aliquo supplente, quod quidem ē multiplex. Primo De⁹. De quo geneseos tertio dicitur. Adam vbi es: et ꝓphetæ. Locutus est dn̄s ad medic eus. &c.

¶Secūdū, est Angel⁹, vnde Lucæ primo, inquit Gabriel Marię aue gratia plena. &c.

¶Tertium, animal brutum, de quo numerorum vigessimo secundo, inquit asina Balaam, quid feci tibi, cur me percutisi iam tertio.

¶Secundo potest considerari trs vocalis quoad percipientẽ,& tunc sic diffinitur. Terminus vocalis est, qui ab auditu corporeo percipi potest. Quæ quidem perceptio potest esse duplex, vel soni tantũ,& nõ significationis: sicut Rusticus percipit vocem Grecã, Hebreã, vel latinam,& non significationem eius,& sic nõ capitur in proposito. Alia est perceptio soni vocis,& significationis eius simul:& sic sumittur hic. Alia difini tio tri vo.

¶Tertio principaliter potest terminus, vocalis cõsiderari, quo ad eius significationem:& tunc sic diffinitur. Terminus vocalis est vox, significatiua, secũdum placitum, sine tempore, finita & recta, cuius nulla pars seperata aliquid significat. Quę diffinitio sic exponitur. Vox significatiua ponitur, ad differentiam vocum non significatiuarum: vt Buf. Ad placitum, ad differentiam termini significantis naturaliter. Sine tempore, ad differẽtiam verbi, vt amo, amas. Finita, ad differentiam nominis infiniti: vt non homo, non Angelus. Recta, ad differentiam nominis obliqui: vt Catonis, Catoni, quæ secundum philosophum non sunt nomina sed casus nominum. Vnde nota, secundum doctrinam philosophi: quòd licet rectus,& obliquus idem significent, differunt tamen, quia si recto addatur est, fuit, vel erit, (vt Adam fuit, Socrates est, Antichristus erit) est ratio vera vel falsa, si tamen illa verba addantur obliquis (vt Platonis est, Platonis fuit, Antichristi erit,) nec est veritas, neq; falsitas, quia veritas,& falsitas, præsupponunt congruum. Vltimo dicitur, cuius nulla pars separata aliquid significat, ad differentiam orationis vt homo albus. Pro cuius notitia notandum est, quòd duplex est nomen, simplex, et compositum. Exemplum primi est, ly homo. Exemplum secundi est ly equiferus. Partes primi separatæ nihil significant: partes vero secundi, apparent significare, sed non significant secundum Philosophum, in primo periherme- nias. Vnde ly equi,& ly ferus, vt sunt partes huius vocis equiferus, licet appareãt significare, tamen non significant. Concludit ergo, si partes apparẽtes significare non significant (vt sunt partes nominis compositi) partes nominis simplicis nõ significabunt separatę, vt homo. Quia si illud quod magis videtur inesse non inest, neq; illud quod minus videtur inesse inerit. iij. difini. tri voca. Duplex ẽ nomen.

Pars argu.

Sequitur secunda pars argumentatiua

Primũ ar.

Arguitur sic primo. Terminus vocalis non potest esse, ergo non est. Tenet consequentia à potentia negatiuè, ad suum actum negatiuè. Bene enim sequitur, lapis non est risibilis, ergo lapis non ridet. Sed antecedens probo, exempli gratia iste terminus animal, quando ly.a. est, adhuc non est ly ni, nec potest esse simul, neq; ly mal, cum sint entia successiua, quibus repugnat habere suas partes omnes simul.

Ex quo infertur, quòd nullus terminus vocalis potest percipi ab auditu, cum non possit esse.

Sequitur secũdo, quòd neq; potest poni in propositione vocali, quia quod semel prolatum est, iterum summi non potest.

ij Arguitur sic. Datur significãs terminus cum tempore, ergo illa particula sine tempore frustra posita est. Sequela videtur bona, antecedens probo, omnia nempe creata sunt in tempore, & cum tempore aguntsuas operationes.

Confirmatur. Isti termini dies, hora, mensis, annus, momentum significant tempus, & cum tempore sunt, ergo intentum.

iij Tertio arguitur sic, non est dabilis aliqua vox significatiua ad placitum, quin etiam significet non ad placitum, ergo illa diffinitio videtur insufficiens. Sequela videtur bona, & antecedens probo. Hæc vox homo est significatiua ad placitum apud Latinos, & non est significatiua ad placitum apud Græcos, ergo est significatiua eadem vox ad placitum, & non ad placitum.

iiij Quarto arguitur sic, autoritate Grammaticorum. Nomina infinita, vt non homo, & nomina obliqua, & adiectiua, adiectiuè tẽta sunt nomina secundũ Grãmaticos, quorum autoritas non est parui pendenda, ergo frustra ponuntur illæ particulæ in diffinitione nominis: videlicet finita & recta.

Pars responsiua.

Sequitur pars responsiua.

AD primum, terminus vocalis non potest esse.&cætera. Ad.j.
Concedo sequelam, & nego antecedens. Et ad probationē quando est prima syllaba adhuc non est secunda &cætera. Respondeo: quòd vtimur rebus successiuis, sicut permanentibus consuetudo nimirum asserit istas esse veras, iste annus est fertilis. Et hæc est dies, quā fecit dominus: licet non habeāt suas partes simul. Et ad corollarium illatum dico, quòd accipiuntur, sicut proferuntur: scilicet successiué. Et sicut in prolatione vltimę syllabæ completur significatio totius dictionis, ita in fine illius prolationis percipitur, & completur perceptio eius, & significatio.

¶Ad secundum corollarium, non potest poni in propositione nego assumptum. Et ad probationem, semel prolatum non potest resumi. Respondeo, quòd licet non resummatur in se, in sua synonyma voce resummitur, quòd sufficit. Ad.ij.

¶Ad secundum argumentum. Datur terminus significans cum tempore: nego maiorem. Et ad probationem, concedo omnia quæ sunt sub primo mobili esse in tempore, & ea quę sunt extra vniuersum esse in æternitate: sicut Deus. Et in ęuiternitate sicut angeli. Et in tempore imaginario: sicut animæ separatę, & homines beati. Ad. ij.

¶Item multi termini significant tempus, vt dies. &c. Et sunt in tempore, sed non significant cum tempore. Quia significare cū tempore est, denotare differentiam temporis præsentis, vt amo vel pręteriti, vt amaui: vel futuri, vt amabo: quę proprietas est verbi, & non nominis. Significare cū tpē.

¶Quando arguis: non est dabilis vox. &c. Respōdeo quòd forte antecedens est verum. Et ad probationem: ergo eadem vox est significatiua ad placitum, & non significatiua ad placitum. Respondeo quòd nullum est inconueniēs respectu diuersorum. Nam illa vox homo, apud Latinos significat ex impositione, & naturaliter communiter: sed apud Græcos, & Barbaros, naturaliter communiter solum, vt supponitur. Ad.iij.

¶Secundo dico: quòd sufficit illam vocem significare ex impositione autentica apud Latinos, ad hoc quod rectè, & autenticè dicatur vox significatiua ad placitum. ij

Sequitur de termino scripto.

Circa terminum scriptum, tria sunt agenda.
Primo. Primo, Diffinitionem eius assignare.
ij Secundo. Contra datã diffinitionẽ, aliq̃ argumẽta formare.
iij Tertio vero: ad obiecta respondere.
Ad.j. Quoad primũ, Tĩs script⁹ ẽ scriptura lineata ex syllabis scrip-
Tĩs scri- tis formaliter, vel equiualenter perceptibilis visu corpore o: si-
tus quid. gnificans ad placitum, tam absentibus, q̃3, presentibus.
Expositio Terminus scriptus est ibi diffinitum, vel est fundamentum di ffiniti, si ponatur secunda intentio pro diffinito principali, vt aiunt Scotiste.

Lineata ex syllabis scriptis, ad differẽtiã tĩi mẽtalis, & vocalis.

Dicitur formaliter, quando realiter habeat suas partes, vt ista scriptura animal.

Dicitur equiualenter, quando formaliter nõ habet suas partes sed bene in valore seu virtute: vt, si imponatur ista litera. a. ad significandum, sicut illa scriptura homo.

Perceptibilis visu corporeo, ad differentiam mẽtalis, qui percipitur potentia cognitiua: & ad differentiam vocalis, qui ab au ditu solo percipitur.

Significans ad placitum, ad differentiam termini significantis naturaliter præcise.

Præsentibus: ad differentiam termini mentalis, significantis suum significatum percipienti, solum percipienti, & non aliis li cet sint præsentes.

Absentibus: ponitur ad differentiam termini vocalis, qui solum præsentibus reprẽsentat.

Pars argu. Sequitur secũda pars, quæ dicitur argumẽtatiua.

Primo arguitur sic. Nullus terminus scriptus significat ad placitum, ergo diffinitio nulla. Antecedens probo. Sit exempli gratia illa scriptura homo primo imposita, tunc arguo sic. Vel ille terminus fuit impositus per aliũ terminũ impositũ, vel non impositum. Non secũdũ, quia per ignotum nil fieret notum:

neq; primū, quia si per terminum impositum, sequeretur processus in infinitū, ascēdēdo, & etiam sequeretur illam scriptura m non esse primo impositam, quod est contra casum.
¶ Secundo arguitur sic, contra diuisionem in terminum scriptum, & mentalem. Aliquis terminus est mentalis, & scriptus: ergo diuisio nulla. Antecedens probo, ponatur hæc scriptura homo, quæ est nigredo in potentia sensitiua bruti, tunc arguitur sic. Hæc scriptura est terminus scriptus, & hæc scriptura est terminus mentalis: ergo terminus mentalis est terminus scriptus, ergo terminus scriptus est terminus mentalis, per cōuersionem simplicem. Consequentia prima, est expositoria, in tertia figura maior, & minor vere, ergo conclusio vera. ij
¶ Tertio arguitur sic. Res nō ponuntur in propositione, sed termini scripti sunt res, ergo non ponūtur in propositione. Seque la videtur bona, faciliter reducibilis ad ferio: minor est nota, sed maiorem probo. Ait philosophus, cum res nobiscum portare non possumus, vtimur vocibus pro rebus. iij
¶ Confirmatur. Tīs scriptus est substātia corporea pro materia li, & qualitas nigra, vel rubea, vel figura pro formali: sed de his non est consideratio logica, (quæ est de intentionibus secūdis,) ergo impertinenter hic tractatur de termino scripto.
¶ Ad primum nego antecedēs. Et ad probationem imponeretur per alium terminum. &c. Respondeo ponendo propositiones. Ad. j
¶ Prima propositio. Dico quod illa vox potuit imponi, quibusdam nuptibus: putā, curuatione nasus, & proferendo istam vocē homo simul, & ostendendo rem significandam. Vel eleuatione barbæ, vel ostensione digiti, in rem significandam, cum prolatione vocis non iter impositæ. Prima.
¶ Secunda propositio. Prima impositio potuit fieri per vocem confusē significantem illam rem: vt si proferretur ista vox animal bipes, habens corpus erectum, dicens vocetur homo, tūc ista vox animal bipes, qua imponebatur ista vox homo ad significādum significabat hominem confusē: sed ista vox homo post impositionem, significat eandem rem magis distinctē, & sic nullum sequitur inconueniens. ij
¶ Ad secundum respondeo. Forte aliqui negarent, posse terminum scriptum poni in potentia sensitiua bruti: sed admittendo Ad. ij.

casum totum discursum concederent: & ad conclusionem dicerent illam esse veram. Et si argueretur contra eos, ergo membra illius diuisionis non sunt opposita dicerent, quòd sunt opposita formaliter, sed non realiter, cum sint vna, & eadem illa scriptura, & terminus mentalis. Et si contra eos arguatur iterum, contra: terminus scriptus est perceptibilis visu corporeo: tunc bene sequitur, ergo est perceptibilis visu, & non perceptibilis visu.

¶ Respondeo quòd in casu, hæ duę sunt veræ. Illa scriptura non percipitur visu corporeo. Et hæc scriptura est perceptibilis visu corporeo, cum possit reponi in corpore denso.

Ad.iij ¶ Ad tertium, respondeo distinguendo maiorem. Et dico: quòd res in proposito possunt capi tripliciter. Vno modo quæ sic sunt res, quòd non signa aliorum: vt homo, lapis, aurum, argentum & similia, & hæc non ponuntur in propositione formaliter, cum non sint signa: sed cognoscuntur media propositione, seu signis. Secundo dico, quòd sunt aliquę res signa aliorum: vt ramus ante tabernam signat vinum venale. Lapis limitaris significat distinctionem hæreditatum. Baptismus, ablutionem animæ à peccato. Et similiter, hę res non ponuntur in propositione, licet aliquid significent. Tertio sunt aliquæ res, quæ ita sunt signa, quòd ponuntur realiter in propositione: vt sunt termini mentales, vocales, & scripti. Et philosophus cepit res primo, & secundo modo, non tertio. Ponuntur nempe res primo, & secundo modo in propositione obiectiuè: vel in propositione inconsueta, (vt aiunt quidam.) Sed tertio modo formaliter, & realiter ponuntur in propositione, scilicet termini.

Responsiũt capi tripliciter.

¶ Ad confirmationem respondeo. Antecedens transeat, cum sit multiplex opinio. Sed ad consequens: videlicet, de his non pertinet ad logicum dico, quòd de per se non pertinet, sed benè de per accidens, in quantum fundat secundas intentiones in primis.

¶ Sequitur tertia diuisio termini.

Terminorum, alius secundæ intentionis, alius primæ. circa hanc materiam tria sunt peragenda.

¶Primum. Ponere notabilia declaratiua, diuersarum opinionũ. Ad. j

¶Secundũ. Pars argumentatiua contra iam dicta, vel declarata. ij

¶Tertium vero, erit, pars responsiua, ad obiecta, & forte dubiorum motiua. iij

¶Ad primum. Considerandum est, quòd triplex est modus dicendi circa hanc materiam. Vnus est Thomistarum, qui cõsistit in duabus propositionibus quarum prima est. Ad. j.

¶Prima intentio est conceptus primarius, habitus de re. Pri. itẽtio scdm Tho.

¶Secunda propositio. Secunda intentio est conceptus secundarius habitus de re. ij. intẽtio scd'm tho.

¶Sed prima intentio (secundum nominales) est terminus primæ intentionis; vt ly homo, ly lapis. Pri. itẽtio scdm noia.

¶Secunda vero intentio, (sec. ndum eos,) est terminus, secundæ intentionis: vt, ly genus, ly species. ij. itẽ. secũ dũ noia.

¶Secundũ Scotistas. Prima intentio, est res cognita, vel cognoscibilis, non producta per actum comparatiuum, alicuius potentiæ cõparatiuæ: vt lapis, homo. Pri. itẽtio scdm scot.

¶Secunda intentio (secundum eos,) est relatio derelicta in obiecto rationis, potentiæ comparatiuæ negotiantis circa rẽ, vel eõceptũ.

¶Sed quia auctor satis breuiter vtiliterq; explanat istam materiã in fine suorum prædicabilium, decreuimus transire ad secundam partem, quæ dicitur argumentatiua. Pars argu.

¶Et primo argu. sic, cõtra diuisionẽ in se. Iste terminus nõ nomẽ est termin⁹, tamẽ neq; primæ, nec secũdæ intẽtionis, ergo diuisio nulla. Sequela videtur bona, & antecedẽs probo. Significat, & supponit pro primis intentionibus, ergo non est terminus secundæ. Antecedens probo: hæ sunt veræ, lapis est nõ nomẽ: homo est nõ nomẽ, & èconuerso, ergo intẽtũ. Sed quòd non sit primæ probo sic significat ea ratione, qua est signum, ergo est secundæ intentionis. Tenet consequentia à diffinitione ad diffinitum.

¶Arguitur secundo sic. Hoc disiunctum homo vel verbũ, est terminus, tñ neq; primæ, neq; secundæ, ergo intentũ. Nõ primæ, ratione de ly hõ: nõ secũdæ, ratione de ly verbũ, ergo nec primæ, nec sec. Secundum ij

¶Tertio arguitur sic. Hoc copulatum, homo & verbum, propter rationem supradictam, est terminus, tamen nec primæ, neq; secundæ intentionis, ergo superuacanea diuisio. iij

¶Quarto arguitur sic. Si aliquis esset terminus secundæ intẽtionis iiij

esset istud conditionatū nomen si est nomen:sed hoc non, ergo diuisio nulla. Forte negabis minorē,quàm sic probo,bene sequitur,prima intentio est secunda si est nomen : homo viuus est nomen si est n ɔ men:lapis est nomen si est nomen.

v ¶Quinto arguitur sic.Ens,quod est nomē:res,quę est termin⁹, sunt termini: tamen neq; primæ,neq;secundæ intentionis, vt patet in supra dictis.

vj ¶Sexto arguitur sic.Non ens,quod non est signum:nō res,quę non est terminus,sunt termini:tamen non videntur cuius intē tionis sint,ergo diuisio nulla.

¶Sequitur tertia pars argumentorum solutiua.

Pars responsiua. Dico primo:quòd omnia obiecta possunt solui vnica ratione,& est talis.Diuisio termini, in terminū primæ, & secūdæ intentionis,est diuisio termini incomplexi , & simplicis, & nō termini complexi,quemadmodum sunt isti,disiunctim,vel copulatim,vel conditionatim,vel infinitanter capti, sed gratia boni exercitij,respondetur ad obiecta,& ad primum.

Ad primū ¶Ad primum quando arguis.Non nomen.&c.Responde per propositiones.

Prima pp. ¶Prima propositio . Omnis terminus infinitus,cuius termin⁹ infinitatus est secundæ intentionis,erit primæ intentionis.Vt non nomen,non verbum.

ij ¶Secunda propositio. Sustentabile est,quòd ly non homo est terminus secundæ intentionis,sed cum cognotatione repugnante.

Ad. ij. ¶Ad secundum,quando arguis.Hoc disiunctū,homo vel verbum est terminus.&c.Potest respōderi dupliciter. Vno modo quod dicatur terminus mixtus,non solum primæ intentionis, neq;secundæ , sed vtriuq; ,saltem copulatim. Alio modo,quod sit solum primæ intentionis, vel solum secundæ ratione suarum partium.

Ad.iij. ¶Ad tertium,respondet Ferdinandus de Enzinas,quod quando copulatum est cōstitutū ex utraq; parte secundæ intentionis vel ex

vel ex altera tantum, erit terminus secundæ intentionis. Exemplum primi, nomen, & pro nomen. Exemplum secūdi, participium, & lapis. Ex quo potest inferri, quód quando vtraq; pars copulati est terminus primæ intentionis, est terminus primę intentionis, vt homo & animal.

¶Si aliquis terminus esset secūdæ intentionis. &c. Nego assumptum: imo dico, quód omne conditionatum ex terminis secundæ intentionis, est primæ intētionis: vnde bene sequitur, lapis est nomen si est nomen: homo est nomen si est nomen. Ad. iiij.

¶Quando arguis. Ens, quod est nomen. &c. Sunt termini, concedo maiorem, & nego minorem. Et ad probationē dico, quód omne aggregatū ex termino, & copula implicationis affirmata cuius prædicatū est terminus secūdę intētionis, erit secundę intētionis terminus. Ratio huius est, quia terminus primę intentionis restringitur à termino secūdæ: vt patet in exemplo dato. Ad. v.

¶Quādo arguis. Nō ens quód nō est signū. &c. Respōdeo quód omnis terminus infinitus, cuius terminus infinitatus nō potest supponere pro aliquo signo, est terminus secūdæ intētionis. vt non ens, quod non est signum: non res, quæ non est terminus. Ad. vj.

¶Circa hanc materiam dubitatur primo, quid sit secunda intentio secundum viam Scoti: pro quo notanda sunt aliqua. Primo notandum est, quód intentio nihil aliud est, q̃ attentio potentiæ rationalis, circa res intellegibiles. Intētio qd

¶Secundo notandum est, q̃ prima intentio est prima attentio circa res, ex quarum cogitatione viri periti imposuerunt sibi nomina: vel ex arbitrio suo, vel propter aliquid aliud: vt pote, ens per se, nominauerunt substantiam: ens in alio, accidens: & sic de alijs. Et ista nuncupantur nomina rerum: vt, homo, lapis, animal, Petrus, quantitas, qualitas, quæ sunt nomina primæ intentionis. j. intētio.

¶Secunda attentio intellectus est circa ista vocabula significatiua, & habitudines illorū. Quia alia sunt significatiua primorum principiorum, vel generum generalissimorum: vt, substantia quātitas, &c̃. Alia mediorum: vt, corpus, animal, homo. Alia infimorum: vt, Sortes hic equus, hic asinus. Qua propter intellectus comparans vnum ad alterum, reperit vnum prædicabile de pluribus, vel esse in pluribus differentibus specie, & sic viris ij. intētio

peritis tale nominatur genus. Aliud reperit esse in plurib⁹, vel prædicari de pluribus, solum differentibus numero, quod nominant speciem specialissimam. Aliud reperit omnino indiuisibile in partes subiectiuas quod nominant indiuiduum,& sic genus, species, indiuiduū,& cæteri termini, qui sunt nomina nominū sunt termini secundæ intentionis, sub tamen aliqua proprietate logicali, grammaticali, seu rethoricali.

Se. intē. se cūdū Sco. ¶Item nota: quòd secunda intentio secundum viam Scoti, non est aliqua res realis: vt, substantia, quantitas, &c. Neq; est nomē eius, putâ iste terminus substantia, iste terminus quantitas, neq; iste terminus homo.

¶Item. Secūda intentio pro formali, non est terminus secundæ intentionis, putâ, ly genus, species, indiuiduum, nomen, verbū, exordium, narratio, conclusio. Sed est relatio rationis,& nō realis secundæ intentionis. Vel potest fieri comparatio termini significantis, ad suum significatum, vel è contra. Vnde duplex est fundamentum secundæ intētionis. Remotum: videlicet, ipsa res vel terminus. Et propinquum videlicet, esse cognitum illius rei vel termini, super quo immediate fundatur illa relatio, quæ dicitur secunda intentio. Et id quod aliqui afferunt, quód intentio secunda est relatio pertinens ad extrema, vel actum intellectus non est de mente Scoti: quæ non fit nisi prius intellectus negocietur aliquid circa rem: vt reducendo speciem intelligibilem, repræsentatiuam vniuersalis, vel prædicabilis, quæ quidē prædicabilitas,& vniuersalitas, relucentes in specie intelligibili, sunt secundæ intentionis, vel relationes rationis. Ex quo infertur, quôd non omnis secunda intentio, fit per actum comparatiuum.

¶Vel secūdo. Comparando superiora ad inferiora, vel è cōtra. Vnde si compararetur generalissimum ad sua inferiora, iste terminus generalissimum, est terminus, vel fundamentum secundæ intentionis:& relatio, qua refertur ad sua inferiora, est ipsamet secunda intentio. Similiter iste terminus subalternum est fundamentum, vel terminus secundæ intentionis; de quo, vide Paulum scriptorem, super primo doctoris. distin. xxiij. quæst. prima.

Sequitur quinta diuisio termini.

Terminorum,alius communis:alius discretus.
In hac materia erunt tres partes.
Prima erit pars declaratiua.
Secunda autem,argumentatiua.
Tertia vero,obiectorum solutiua.

Quo ad primã. Vniuersale capitur dupliciter,primæ intẽtio naliter et secũdæ.&c.Primæ in essendo propriẽ,sicut est essentia diuina vnica,manẽs indiuisibilis,cõmunis tamẽ tribus supposi tis diuinis, realiterq; distinctis: vnde hæc est vera,& catholica, Pater,& Filius,& Spiritus Sanctus,sunt hæc essentia diuina. Ad.j. Vniuersale capitur dupliciter.

Scdo in essendo impropriẽ,& partibiliter: vt est natura huma na in suis indiuiduis, natura animalis in suis inferioribus.&c.

Tertio potest dici,commune informatiuẽ,sic competit cuicũ q; formæ,sicut animæ vegetatiuæ,respectu vegetabilium, sensitiuę in ordine ad sensibilia: animæ intellectiuę,quę est forma cor poris Phisici organici,in potentia vitam habentis.Et similiter potest dici de materia prima,vel Phisica,respectu omnium for marum naturalium.

Cõmune,vel potest capi logicaliter,& hoc tripliciter. Pri mo,insignificando tãtũ,& nõ supponendo: vt,ly Chimera,& si gna quæ significãt plura, cũ cognotatione repugnãte, pro qui bus supponere non possunt.Secundo,dicitur quid cõmune insi gnificãdo,& supponẽdo: vt,iste terminus, homo animal, lapis, & cæteri termini cõmunes,quorũ significata adæquata sunt na turæ cõmunes: inadequata vero sua indiuidua,vel singularia(se cũdũ vnam opinionem)vel significant principaliter plura indi uidua,& secundario vnum conceptum cõmunem, dicibilem de suis singularibus. Tertio,dicitur quid cõmune, indistribuẽdo tãtũ,vel indistribuẽdo,& significando.Exẽplum primi,vt ly o i s & similia plura syncathegoreumatica vniuersalia. Exemplum secundi, vt ly quantumlibet,quodlibet,& similia signa mixta.

Similiter,singulare potest capi dupliciter,vno modo realiter. Alio modo logicẽ: primo tripliciter. Vno mõ dicitur singulare seu indiuiduum per se primũ,vt sunt differẽtię indiuiduales: vt, singu. pot capi dup.

Sorteitas, Ioanneitas. &c. Secūdo per se, sed nō primo: vt, indiuiduū, putā, Sortes, & Frācīscus. Tertio per accidēs: vt sunt naturę cōes, singularizatæ per differētias indiuiduales, & sic ois res, tā creata, q̄z increata, est vna numero, primo, secūdo, vel tertio modo, qua de re, fertur. Omnis res ideo est, quia vna numero est.

Secūdo potest capi logicaliter: & hoc tripliciter (secūdū cōiter loquētes). Primo in significādo tātū: vt, Adam. Secundo in supponendo tantum: vt, populus. Tertio in significando, & supponendo simul: vt, ly Sortes, ly Ioannes, & cætera indiuidua, de quibus est propositum præsens. His suppositis, eggredimur ad diffinionem terminorum supra positorum: vnde terminus cōmunis in significando, & supponendo sic diffinitur.

tūs cōisqd Terminus communis est, qui ex modo suæ impositionis, vel naturalis significationis, natus est prædicari de pluribus, directè, essentialiter distinctis, verè, affirmatiuè, vniuocè, diuisim, mediante copula non ampliata.

t° singu- Terminus discretus sic diffinitur. Termin° singularis, seu discretus est, qui de vno solo prædicatur: vt Sortes de seipso.

Secūdo diffinitur sic. Termin° singularis est, cui ex modo suæ

Alīa diffi. impositionis, vel naturalis significationis, repugnat prædicari de plurib°, essentialiter distinctis, diuisim, verè, affirmatiuè, vniuocè, directè, mediante copula non ampliata.

Pars argu. Sequitur pars argumentatiua.

Primū ar. PRimo sic argu. Dabilis est terminus, qui neq; est cōmunis, neq; singularis, ergo diuisio non euacuat diuisum: forte negabis antecedens, quod sic probo. Ly omnis est terminus: tamen non communis, quia non potest prędicari de pluribus, neq; pro eis supponere: non singularis, quia non significat aliquid neq; pro aliquo supponit: ergo intentum.

ij Secundo arguitur sic. Contra diffinitionem termini communis. Sit exempli gratia ly homo: ly homo non est terminus communis, ergo nullus. Consequentia videtur bona, cum non sit maior ratio de hoc, quàm de alijs terminis. Sed antecedēs probo. Repugnat sibi prędicari de plurib°, ergo nō est t̄ r̄s cōis. Añs probo: ly hōin hac ꝓpositione, hō est species, nō pōt supponere

pro plurib⁹, ergo nec prædicari. Cõseq̃uẽtia videtur bona,& an tecedens probo. Bene sequitur, homo est species, ergo iste homo est species, vel iste: descendentes sunt falsę, ergo descensa.

¶Confirmatur. Huic termino homo repugnat supponere pro duobus asinis,& duo asini sunt plura, ergo repugnat sibi supponere pro pluribus.

¶Tertio arguitur contra diffinitionem termini discreti. Si aliquis esset terminus discretus, esset ly Sortes, sed ly Sortes non est tẽs discretus, ergo diffinitio mala. Minorẽ probo, non repugnat sibi prædicari de pluribus, ergo non est terminus discretus. Antecedens probo, hæ sunt veræ, demonstrando semper idem, hoc bisillabum est Sortes,& hoc bisillabum est Sortes, ergo intentum. iij

¶Confirmatur illam diuisionem esse malam. Homo Sortes: homo vel Sortes: Sortes si est Sortes: Sortes & omnis homo sunt termini: tamen neq; videntur singulares, neq; communes: ergo diuisio non videtur bona.

¶Sequitur pars responsiua.

AD primum. Quando arguis: dabilis est terminus, qui nõ sit communis, neq; singularis: nego maiorem. Ad probationẽ ly omnis nõ significat aliquid, nec aliqua. Respõdeo, quòd sufficit in proposito significare aliqualiter. Secundo dico, quòd diuisum illius diuisionis est terminus significans aliqua, vel aliquid, vel aliqualiter. Tertio dico, quòd oppositum potest sustineri,& tunc oporteret respondere, quòd diuisum illius diuisionis est terminus cathegoreumaticus,& tunc ly omnis non est terminus cadens sub diuiso. Ad. j.

¶Ad secundum. Nego antecedens:& ad probationẽ. Repugnat sibi supponere pro pluribus, respondeo, quòd quilibet terminus cõmunis potest supponere tripliciter. Ad. ij. Trs cõis suppo. tri.

¶Primo. Simpliciter,& hoc pro significato primario,& immediato: vt homo est species, animal est genus:& sic nõ oportet habere aliquas singulares veras, solum enim in ipsa saluatur veritas propositionum sicut in ista. Deus creat, Deus gubernat, quæ Primo.

est vera, & catholica. Ergo iste Deus, vel iste Deus, non sequitur similiter, hõ est species, ergo iste, vel iste. Est fallatia figuræ dictio nis, quia non supponit nisi pro vna natura communi prædicabi li de pluribus, vel vnico conceptu prædicabili de pluribus.

ii) ¶ Secundo potest supponere materialiter pro se, & alijs similib⁹ terminis.

iij) ¶ Tertio. Potest supponere personaliter pro suo significato, vel suis significatis. Et istis duobus modis semper est terminus cõmunis nisi restringatur ad standum pro vno.

¶ Ad confirmationem. Nego antecedens. Et ad probationem di co, quòd est fallatia consequentis, cum arguatur à minus cõmuni, ad magis commune, cum distributione cõmunioris.

Ad.iij. ¶ Ad tertium respondeo, quòd argumẽtum probat de termino discreto, stante materialiter qui taliter sumptus, est terminus cõ munis: sed sumptus personaliter, semper est terminus discretus & sic intelligitur diffinitio eius, quando dicitur quòd de vno so lo prædicatur, vel quòd repugnat sibi supponere pro pluribus.

Ad.j.cõf. ¶ Ad confirmationes dico primo, quòd homo Sortes, est termi nus complexus. Secundo dico, quòd est terminus discretus, pro

Regula. quo ponitur talis regula. Omnis terminus complexus, comple xione indistanti, cõpositus ex duobus rectis, cuius determinatio est terminus discret⁹, est discretus: vt, animal Sortes, hõ Ioãnes.

Ad. ij. ¶ Dico, quòd homo vel Sortes, est terminus cõis: pro quo põit

Regula. tur talis regula. Omne disiunctum, cõpositũ ex termino cõmuni & singulari est terminus cõmunis: vt homo vel Sortes. Item, om ne disiunctũ, cõstitutũ ex terminis singularibus est terminus cõ munis: vt, Sortes vel Plato. Et ex terminis cõmunibus similiter vt homo, vel equus. Itẽ, disiunctũ ex terminis singularibus, idem adequatè significantibus, est tũs singularis: vt, Marcus Tullius.

Ad.iij. ¶ Ad tertiũ. Sortes si est Sortes. Dicitur, quòd est terminus cõ munis: quia de quocumq; demõstrato verum est dicere, quòd est Sortes si est Sortes, similiter hoc cõditionatũ, homo si ẽ lapis.

ij ¶ Secũdo dicitur. Quòd si terminus illatus fuerit terminus sin gularis, & terminus inferens transcendens, tale cõditionatũ erit terminus singularis: vt, Sortes si est ens. Plato si est aliquid.

iij ¶ Tertio dicitur. Quòd quando terminus illatus non põt suppo nere pro omni illo, pro quo supponit tũs inferẽs: vt, Sortes si est

Plato. De copulatis aūt, nō est dubiū, quin sint termini cōmunes quacunq; compositione componantur, nisi supponant pro eadē re singulari. Exemplum primi, Sortes & Plato. Sortes & homo: homo & equus. Exemplum secundi, Tullius Cicero.

¶ Sequitur quinta diuisio termini æquiuoci, et vniuoci.

PRo quo supponitur, quòd nullum equiuocum (vt equiuocū) est ponibile in prædicamento, nec diffinibile, nec diuisibile, diffinitione, vel diuisione propriè dictis. Qua de re, sciēdum est, qd duplex ē equocū: à casu, & à cōsilio. Aequiuocū à casu iterū est duplex, equiuocū equiuocans: & æquiuocum equiuocatum. Aequocū duplex. æquo. à ca su ēduplex

¶ Primum. Est terminus plura significans diuersis conceptibus totalibus, & non synonomis. Vel est terminus, habens plura significata, & hec nō significat vnum propter alterum: vt ly canis significat caniculam cœlestem, et canem latrabilem: & piscē marinum, hæc primo, id est, vnum non propter alterum. æqu. à ca.

¶ Sed æquiuocū equiuocatū: sunt ipsa significata, illius tīi canis: scilicet, canis cœlestis: canis latrabilis: piscis marinus, quæ quidem significata equiuocantur, in ista voce, vel termino canis. æquo. æquocatū qd ū.

¶ Secundo notandū est. Quòd tā equiuocum equiuocans, quàm æquiuocū æquiuocatū, possunt capi pro habitudinibus, vel relatione rationis, quæ si fundantur in equiuocatis, & terminātur in equiuocātia, id est, in terminos, tunc dicūtur equiuocatū, vel equiuocata. Si vero fundentur in nominibus, seu terminis vocātur equiuocum æquiuocans, vel æquiuoca æquiuocātia. Capiunt nē pe suam denominationem, à fundamento, & non a termino: quē admodū, pater capit denominationē à gignēte, & non à genito.

¶ Aliud est equiuocum à consilio, quòd quidem potest capi, tri bus modis supradictis: putā, pro terminis: vel rebus significatis vel pro habitudinibus, vel relatiōibus vnius ad alterum: quæ nū cupantur secundæ intētiones. Est ergo terminus equiuocus à cōsilio, terminus significans plura æquiuocé, vnum quippe principaliter, aliud vero minus principaliter: hoc est, propter similitudinem ad primū principale: vt, ly homo, in ordine ad hoiem viuū, & hoiem pictū. His suppositis, præsens lectio secatur ī tres æquocum à consi.

partes. Indiffinitiuam: argumentatiuam, & responsiuam.

æquiuoci diffi. Quoad primam. æquiuoca dicuntur quorum nomē est cōmune & ratio substantiæ secundum illud nomen est diuersa.

Expositi. diffini. Declaratio huius diffinitionis aliqualiter patet ex dictis, sed pro ampliori notitia notandum est, quòd hoc vocabulum Canis, & similia æquiuoca, solum nomē vel nomina eorum sunt cōmunia: vt dicendo, Canis latrabilis est Canis. Sidus cœleste est Canis: sed ratio, id est, diffinitio illorū, vel cōceptus, siue formalis, siue obiectualis est diuersa: quia possint sic describi. Canis latrabilis est animal latratiuum. Sidus cœleste est corpus de sui natura calefactiuū Canis marinus est piscis natatiuus. Ecce quomodo alia, & alia est diffinitio illorum. Sed quia ista diffinitio magis videtur pertinere ad æquiuocata, quàm ad æquiuocantia potestaliter diffiniri æquiuocum æquiuocans sic. Est terminus æquiuocus, æquiuocans ac a su significans plura, æquè primo, mediantibus diuersis conceptibus, totalibus, & non synonymis, vel sic. Est terminus, habens plures modos significandi.

Sed terminus æquiuocus à consilio, est terminus significans plura, vel habens plures modos significandi, vnum principaliter, & reliquum per posterius, mediantibus diuersis conceptibus totalibus, & non synonymis, vt, ly Cæsar, in ordine ad Cæsarē, & ad imaginem eius.

Vniuoci diffi. Sed vniuoca dicuntur, quorum nomen est cōmune, & ratio substantiæ est eadem: quæ diffinitio sic venit intelligēda. Vniuoca vniuocata dicuntur, id est, concipiuntur ab intellectu, & habēt nomen cōmune, vt iustitia, fortitudo, temperantia, humilitas, habent hoc nomen cōmune: putà virtus, quòd prædicatur de his omnibus dicendo, fortitudo est virtus. &c. Habent secundo eandem rationem: putà, conceptum obiectiualem, vel formalem. Et eandem diffinitionem, quia de his verum est dicere, quòd faciunt habentem bonum, ait, n, philosophus, in Ethicis. Virtus est, quæ facit habentem bonum. Vel sic: virtus est habitus electiuus, pro vt sapiens disponit. Sed quia ista diffinitio videtur magis pertinere ad res significatas, quàm ad ipsum terminū significantem potestaliter diffiniri.

Alia diffi. Terminus vniuocus est, terminus significans sua significata mediāte vnico conceptu, vel pluribus synonymis: vt ly animal, in ordine ad animalia, vel ly homo, in ordine ad homines.

¶Item nota. Quòd vniuoca vniuocata,& vniuoca vniuocantia possunt capi, pro relationibus rationis, in eis fundatis, vel terminatis, quemadmodũ, expositũ est de æquiuocis æquiuocatis

¶ Sequitur secunda pars, quę dicitur argumentatiua. Pars arg.

PRimo argu. sic. Si esset aliquis terminus æquiuocus, sequeretur quòd quilibet terminus, tam mentalis, quàm vocalis, quàm scriptus esset ęquiuocus, sed cõsequens videtur falsum ergo antecedens. Primã sequelam probo. Notitia vltimata hominis, significat hominẽ principaliter,& naturaliter propriè: & secũdario significat imaginẽ eius, ergo est tẽrs æquiuocus. Primũ ar.

¶Confirmatur. Notitia nõ vltimata, huius vocis homo, significat illam vocem naturaliter propriè,& homiuem ex impositione impropriè, ergo, intentum.

¶Secundo confirmatur. De tẽo vocali,& scripto, significãtibus sua significata ex impositione propriè,& picturã ex impositione impropriè,& se,& sibi similia naturaliter comuniter, ergo antecedens verum.

¶Secundo argui. sic. Si diffĩo tẽi ęquiuoci esset bona, sequeretur quod iste tẽs Sortes, esset tẽs ęquiuoc⁹ respectu vnius,& propriȷ̃ significati. Fortè negabis sequelã, quàm sic ꝓbo. Ista vox Sortes significat Sortẽ puerulũ, vagientẽ inter brachia materna, iuuenem ludentẽ, senẽ,& eundem claudum,& nõ claudum, mediantibus diuersis conceptibus,& non synonymis, ergo est æquiuoc⁹. Tenet sequela, a diffinitione ad difinitum. ij

¶Tertio argu. sic. Si diffinitio termĩ vniuoci esset bona, sequeref quòd iste termin⁹ Sortes esset tẽs cõmunis,& vniuocus, quod videtur falsum, quod sic probo. Sint tres homines sic nuncupati, Sortes videlicet: tum sic arguo. Iste tẽs Sortes significat hominẽ hunc, mediãte hoc vnico conceptu,& hunc hominem, mediante hoc vnico cõceptu,& huuc hominẽ, mediante hoc vnico cõceptu, ergo est termin⁹ cõmunis, quia nomen est eis cõmune,& ratio substantiæ. i. conceptus est eadem, sed hoc est inconueniens, quia nullus tẽs discretus est tẽs comunis. iij

Pars responsiua.

¶ Sequitur pars responsiua.

Ad primū. AD primum quādo argu. Sequeretur, quôd quilibet terminus esset æquiuocus.&c̄. Concedo sequelam,& ad probationem totius discursus dico, quôd sufficit ad hoc, quôd terminus sit vniuocus,& vniuocè tentus,quôd summatur respectu vnius, & proprij significati:vt,ly homo in voce,vel inscripto,significat hominem ex impositione propriè. Et in mente, quando summitur solum in ordine ad suum significatum vltimatum.

Ad.ij. ¶ Ad secūdū,quādo arguis.Ly Sortes esset terminus æquiuocus respectu proprij significati,nego sequelā. Et ad probationē respōdeo,quôd puerulus non significatur per hanc vocem incomplexā Sortes,sed per istam complexam,Sortes puerulus.Et similiter dicatur de Sorte iuuene ludente,& de sene claudo & non claudo.

¶ Secūdo dico.Quôd dimissa multiplici acceptiōe idētitatis numeralis,ista vox Sortes,semper significat eundem hominem vnū numero,siue paruulum vagientem,siue iuuenem ludentem,siue senem claudum.&c̄.Propter idētitatem partium principalium,corporis videlicet,& animæ:tametsi multæ partes minus principales sint diminutæ seu corruptæ:vti sunt,aures,nares,crura, brachia,oculi,& similia,quę non sunt de essentia hominis, postquā sine his homo consistere potest.

Ad.iij. ¶ Ad tertium.Nego sequelam,& ad probationem,illa vox significat hunc hominem vnico conceptu,& hunc hominem vnico cōceptu:concedo. Sed non eodem conceptu, quod requiritur ad vniuocationem termini.Pro quo notandum, quôd pro nomina demonstratiua, demonstrando diuersa, capiūtur æquiuoce: vt, iste homo currit:& iste homo currit,demonstrando per primū iste,Sortem,& per secundum Platonem,tūc ly iste capitur æqui uocè,& significatio eius est æquiuoca,cum oriatur à diuersis demōstratis:videlicet à Sorte,& Platone,& sic patet solutio ad argumentum.

¶ Sequitur sexta diuisio termini.

❧De termino cathegoreu.& syncathego.❧

TErminorũ: alius est cathegoreumaticus, alius syncathegoreumaticus: alius mixtus.

❡Præsens lectio diuiditur in partem diffinitiuam, diuisiuam, atq; argumentatiuam.

❡Terminus cathegoreumaticus est, terminus significans aliqd, vel aliqua: vt, ly homo, ly homines. — Trs cathe.

❡Terminus syncathegoreumatic⁹ est, trs significãs nõ aliquid vel aliqua, sed dumtaxat aliqualiter: vt, ly omnis, ly nullus. — Trs synca.

❡Terminus mixtus est, terminus significãs aliquid, & aliqualiter: vt, ly omnis homo: ly currit. Vel est terminus, significans aliqua, & aliqualiter: vt, ly currunt, vel ly curritur. — Trs mix.

❡Sequitur secũda pars, quæ dicitur diuisiua.

PRo quo notandum est, quòd terminus dicitur cathegoreumaticus tripliciter. Similiter & syncathegoreumaticus. — Triple ca the.& syn cathego.

❡Primo dicitur cathegoreumaticus, ratione officij tãtũ. Et est ille terminus, qui non significat aliquid, vel aliqua: potest tñ exercere officium in propositione: vt ly omnis, in hac proposi-tione. Ois pater in diuinis est hæc essentia: & ly est in hac, Deus est homo. Vnde exercere officium in propositione est esse subiectum, vel prædicatum, vel copulam propositionis, vel determinationem alicuius illorum: vt sunt aduerbia, adiectiua, & signa. — Cathego. offiõ tãtũ. Exercere offm in p po. quid.

❡Et sic signa purè syncathegoreumata, sunt cathegoreumata, ratione officij tantum.

❡Secundo. Dicitur terminus cathegoreumaticus ratione significationis tãtum. Et est ille terminus, qui significat aliquid, vel aliqua, sed nõ potest habere officium in propositione, idest, neq; esse extremum propositionis, neq; copula: & huiusmodi dicitur esse adiectiua adiectiuè tenta, vt albus, iustus. & obliqua: vt, hominis, homini, quæ non sunt nomina secundum philosophum, neq; possunt reddere suppositum verbo. — Cathego. signi. tñ.

❡Tertio dicitur terminus cathegoreumaticus, ratione officij, & significationis simul. Et est ille, qui sic significat aliquid, vel aliqua, q̃ potest supponere pro illo, vel illis: vt, ly homo, significat homines, & potest pro illis supponere, vt homo est animal, homines sunt animalia. — Cathego. officio & sign. simul

Similiter terminus dicitur syncathegoreumaticus tripliciter. Ratione officij tantum,& est ille, qui significat aliquid, vel aliqua,sed non potest pro eis supponere: vt sunt nomina obliqua, & adiectiuè tenta: obliqua, vt ly Catonis,ly albi.

Secundo dicitur terminus syncathegoreumaticus ratione significationis tantum, & est ille,qui non significat aliquid, nec aliqua,sed potest habere officium in propositione: vt ly omnis habet actum distribuendi: ly iste, singularizandi: ly est vniendi extrema: & ly non,distribuendi,& negandi simul.

His suppositis sequitur secũda pars,quę dicitur argumẽtatiua.

Pars argu.

Pars argumentatiua.

Prim. ar. PRimo arguitur sic. Nullus est terminus syncathegoreumaticus,ergo diuisio illa nulla. Sequela est bona,& antecedẽs probo. Si aliquis esset,esset ly omnis,sed ly omnis non est terminus syncathegoreumaticus,ergo intentum. Minorem probo,significat aliquid,& aliqua ergo non tãtum aliqualiter. For tè negabis antecedens,quod probo. Primo sic. Ly omnis facit in tellectum accipere ipsos terminos copulatiuè, in ordine ad suũ significatum,vel significata. Item ly omnis cogit intellectum, ad capiendum ista significata copulatiua,ergo significat tam ter minos,q̃ ipsas res copulatiuè. Probatio. Nõ videtur quare ly homo significet homines,& non asinos,nisi quia facit intellectum concipere homines,& non asinos,ergo à simili,de ly omnis,videtur sequi intentum.

ij Secundo sic,si aliquis terminus esset syncathegoreumaticus, forte esset ly si,ibi,Sortes si est Sortes, sed hoc non,cum significet Sortem, vel saltem illationem.

iij Tertio. Nullus est terminus mixtus,ergo gratis dictum est, q̃d terminus mixtus significat aliquid,& aliqualiter. & cætera. Sequela est bona,antecedens probo. Si aliquis terminus esset mixtus,diuisio in terminum significantem aliquid, vel aliqua, & in terminum significantem aliqualiter tantum,non esset bona sed illa videtur bona,ergo nullus est terminus mixtus,seque lã probo: quia mẽbra bonę diuisionis debent esse opposita, sed mẽbra

illius diuisionis, ex quibus conficitur terminus mixtus, non sunt oppofita, poſtquam terminus mixtus conficitur ex eis.

¶ Sequitur tertia pars reſponſiua.

Pars reſp.

AD primum, quando argu. Nullus eſt terminus ſyncathegoreumaticus. &c. Nego antecedens. Et ad probationem, concedo quòd ly omnis poſſit dici cauſa ſiue qua non, licet improprie, qua termini, & res ſignificatæ concipiuntur, & accipiuntur copulatiue, ſed nego quòd ly omnis, ſignificet terminos, neq; res. Patet, quia neq; naturaliter propriè, neq; ex impoſitione illa ſignificat, quia ſuum ſignificatū eſt quoniam vniuerſaliter affirmatiuè, & ad pbationem, facit intellectum concipere copulatiuè. &c. Ergo ſignificat, nego ſequelam, pro quo pono propoſitiones.

¶ Prima. Ly omnis extra propoſitionem, non habet officium vt ibi, omnis homo.

Prima pp.

¶ Secunda propoſitio. Significatio de ly omnis, conſurgit ex ſignificatione totius aggregati (vt omnis homo eſt animal,) ex conceptu hominis, & ex conceptu animalis, incluſo in homine, ſeu hominibus, cõſurget ſignificatio ſyncathegoreumatica, de ly omnis.

ij. Propo.

¶ Ad ſecundum. Quando arguis, nullus terminus eſt ſyncathegoreumaticus &c. Nego antecedens, & ad probationem de ly Sortes ſi eſt Sortes. Reſpondeo, quòd ly ſi, extra propoſitionẽ, nihil ſignificat. Vel ſecũdo poteſt dici quòd ly ſi actualiter denotat illationem in cõmuni, ex verificatione termini inferentis de aliquo, ad verificationem termini illati de eodem. Sed illa ſignificatio conſurgit ex ſignificatione totius aggregati, putà iſtius, Sortes ſi eſt Sortes, & non de ly ſi, ſolum.

Ad ſecun.

¶ Ad tertium. Quando arguis, nullus eſt terminus mixtus. &c. Nego antecedens. Et ad probationẽ, membra diuidentia debent eſſe oppoſita, diſtinguo, vel realiť, vel formaliter: & ſic nõ oportet ſemper, vel formaliter, & non realiter, & ſic concedo. Et tali oppoſitione opponuntur cathegoreuma, & ſyncathegoreuma, quia alia eſt ratio cathegoreumatis, alia ſyncathegoreumatis.

est nempe cathegoreuma, significans aliquid, vel aliqua, & non aliqualiter. Sed syncathegoreuma significat non aliquid, vel aliqua, sed aliqualiter. Ex dictis inferuntur corollaria.

Primum coro. ¶Primum. Omne copulatum, cuius partes principales sunt cathegoreumaticæ, est terminus cathegoreumaticus.

Secũdum coro. ¶Secundum. Omne disiunctum, cuius partes principales sunt cathegoreumaticæ, vel vna, est terminus cathegoreumaticus. Exemplum primi Sortes, vel Plato. Exemplum secundi, Sortes, vel est.

Tertium coro. ¶Tertium corollarium. Omne disiũctum, vel copulatum, cuius partes principales sunt syncathegoreumaticæ, est termin⁹ syncathegoreumaticus: vt, est, & fuit, est vel fuit.

Quartum coro. ¶Vltimum corollariũ. Omnis tũs cuius vna pars est cathegoreumatica, altera vero syncathegoreumatica, est tũs mixtus: vt, ly omnis homo: ly currit: & secundum aliquos est propositio.

¶Sequitur septima diuisio, in terminũ complexum, & incomplexum.

PRo quo notãdum, quòd cõplexum, & incomplexum, aliter consideratur à grãmatico, & aliter à logico. Nempe grãmaticus illam vocem ait esse complexam, quæ realiter, & formaliter habet plures partes in voce, vel in scripto, vt ista oratio vocalis, Homo albus: ista scriptura, De⁹ est summum bonum. Sed dialecticus, cõplexibilitatem in voce, & in scripto ponderat iuxta complexibilitatem, vel incomplexibilitatem mentalem. Vnde si terminus mentalis est incomplexus: vocalis, & scriptus sibi correspondentes erunt incomplexi: si vero terminus mentalis est cõplexus, sibi correspondentes in uoce, & in scripto erunt complexi.

¶His suppositis, lectio presens diuiditur in partem diffinitiuã, argumentatiuam, & responsiuam. Quo ad primam.

Tũs cõplexi diffi. ¶Terminus complexus est terminus, habens plures partes significantes iuxta significationem totius formaliter: vt, Homo alb⁹ vel æquiualenter: vt si imponatur ly, a. ad significandum, vt ista propositio, Homo est animal.

¶Significare iuxta significationem totius est, habere plures partes ex quarum significationibus, significatio totius cõstituitur. Significa. iuxta rõnẽ totius qd.
¶Vel sic. Terminus cõplexus, est terminus includẽs plures partes conexionẽ habentes formaliter, vel equaliter.

¶Partes dicuntur habere cõexionem multis modis. Primo per copulam verbalem, vt, Homo est animal. Secũdo per coniũctionalem: vt Sortes & homo. Tertio per aduerbium: vt Sortes dum dormitat. Quarto per relationem, vt Plato qui vigilat. Quinto per determinationẽ, & determinabile: vt, Homo albus. Ex quo sequitur, quòd homo asinus nõ est complexus, cum sit ineptum aggregatum.

¶Terminus complexus distans est terminus, cuius partes principales cõiungũtur per aliquod cõiũgibile: vt, Sortes & Plato. Diciturpartes principales, quia non sufficeret coniunctio inter partes minus principales: quare iste terminus, Sortes videns Platonem & Ciceronem: Sortes dum loquitur, Plato dum vigilat, non sunt termini complexi: quia partes principales non coniunguntur, sed minus principales. Vel sic diffinitur. Terminus complexus distans, est terminus includens plures partes cõnexionem habẽtes, ratione coniungibilis. Sed terminus cõplexus indistans, est terminus cuius partes principales non coniungũtur per aliquod cõiũgibile. Vel est terminus includens partes se habẽtes, sicut determinatio, & determinabile: vt, Hõ alb⁹. Cõp. dist. Cõp. ĩdist.

¶Sed si quæratur, vnde sortiuntur hæc vocabula, distans, & indistans? Respondetur, quòd dicitur distans, quia partes distant per aliquod medium, & dicitur indistans, quia partes non distãt per aliquod medium.

¶Terminus incomplexus est terminus non habẽs plures partes, significantes iuxta significationem totius. Vel sic diffinitur. Est terminus non includens plures partes cõnexionem habentes formaliter, vel æquiualenter: vt, ly homo, ly lapis, ly .a. si ponatur ad significandum incomplexa. Trs incõ.

¶His suppositis, sequitur secunda pars quę dicitur argumẽtatiua.

¶Pars argumentatiua. Pars arg.

¶Primo sic argu. Contra predictam diuisionem. Datur aliquis Primũ ar.

terminꝰ, & tamen non est complexus, nec incomplexus, ergo diuisio nõ euacuat diuisum. Sequela est bona & antecedens probo. Hoc aggregatum sumptũ materialiter, omnis homo est animal est propositio cathegorica, est terminus, tamen non est complexus, nec incomplexus, ergo intentum. Primam partem probo, quia partes eius non coniunguntur per aliquod coniungibile, cũ subiectum sit hoc totum, omnis homo est animal (materialiter sumptam) neq; incomplexus, cũ habet plures partes: vt notũ est.

Secũdum ¶ Secundo arguitur sic. Ly album est terminus, tamen non cõplexus, nec incomplexus ergo, id quod prius sequitur. Forte negabis minorem, quã sic probo. Non est complexus, quia nõ habet plures partes significantes iuxta significationem totius, nec incomplexus, quia æquiualet huic aggregato, est ens habens albedinem, cuius notitia videtur significare Sortem, & albedinẽ.

Tertium. ¶ Tertio argu. sic. Ex diffinitione termini cõplexi sequitur, quòd notitia simplex hominis, est terminus complexus: quam sequelã sic probo. Sit notitia hominis. a. incõplexa, habens quinq; gradus suæ entitatis, tunc sic. Hęc notitia habet quinq; gradus, ergo quinq; partes, & significantes iuxta significationem totius, cum sint eiusdem rationis, & homogenia ex eadem ratione sequitur, quòd ly homo, dictio vocalis, vel scripta, est terminus complexꝰ patet, habet plures partes significantes iuxta significationem totius, sicut sunt literæ syllabæ, ergo intentum.

¶ Confirmatur. Notitia iudicatiua, qua iudico Deum esse iustũ iudicem (secundum omnes) est terminus incomplexus, & tamen non habet plures partes, cum sit notitia simplex, ergo diffinitio nulla, cum non conueniat cuilibet contento sub diffinito.

Pars res. ¶ Sequitur pars responsiua.

Ad primũ Ad primum. Datur aliquis terminus. &c. Nego antecedens & ad probationem, omnis homo est animal est propositio cathegorica, respõdetur dupliciter. Primo potest sustineri, quòd sit terminus incomplexus: ratio, quia videtur sub ordinari conceptui incomplexo collectiuo, supponenti pro illis vocibus collectiuè, & pro nulla illarum seorsum sumpta, sicut iste term. inus

cumulus lapidum, supponit pro illis collectiuè, & pro nullo seorsum sumpto supponit.

¶ Secundo potest dici, quod illud aggregatum sit terminus complexus quia videtur subordinari huic copulato, scilicet, ly oīs, & ly homo, & ly est, & ly animal, & ly ē, & ly propositio cathegorica.

¶ Ex dictis sequitur, quòd quæcunque duæ res, & tres, & quatuor & sic deinceps, sunt termini incomplexi collectiuè, vel complexi secundum distinctionem datam, de ly Omnis homo est animal, est propositio cathegorica. Prima cō.

¶ Secūdo sequitur probabiliter, quód quęlibet res significās se naturaliter cōiter, est termin⁹ cōplexus, cū significet se propōnaliter. Scda cōc.

¶ Ad secundum. Concesso antecedente, nego minorem: & ad probationem. Aequiualet huic, ens habens albedinem, dico, quod ens habens albedinem nō reperitur in mente, & sic dico, quod est terminus incomplexus. Et ad inconueniens illatum, quod notitia simplex significaret Sortem, & albedinem, concedo totum: Sortē principaliter, & albedinem minus principaliter. Et si arguas, si significat albedinem, ergo supponit pro albedine, nego sequelam: & ratio est, quia significat Sortem in recto, & albedinē in obliquo. Vel aliter, quod significat Sortem, & supponit pro Sorte, & quod non significat albedinem, neque supponit pro albedine, sed cōnotat illam, & hoc videtur verius. Ad. ij.

¶ Ad tertiū: nego seqlā. Et ad probationē, habet plures partes, &c. Distinguo, vel eiusdem rationis, & sic concedo, cum quælibet pars illius notitiæ sit notitia, sed hoc non sufficit ad complexionem termini. Si intelligas quòd habet plures partes diuersarum rationum, hoc nego. Item illa notitia non est terminus indistās quia illi gradus non se habent sicut determinatio, & determinabile, neque est complexus distans, cum illi gradus non coniungantur per aliquod coniungibile. Ad. iij.

¶ Ad cōfirmationē de illa voce, vel scriptura homo, nego aņs. Et ad probationē habet partes, distinguo, vel literarias, & syllabicas: & sic cōcedo. Sed hoc nō sufficit, ad cōplexionē. Vel habet plures partes dictionales, & sic nego. Reqritur eni, quod partes tī cōplexi sint dictiones, vel oōnes, vel propositiōes: vt, ly hō: ly hō alb⁹: ly hō est animal mā̄suetum: Sortes currit: Plato mouetur est propositio copulatiua. Itē nota, quod ly toti⁹, pōt capi equiuoce

ibi iuxta significationem totius, quia aliud est totum dictionale, aliud totum orationale, aliud totũ propositionale. Et partes tñ complexi, debent significare, iuxta significationẽ totius orationis, vel propositionis, & non totius dictionis.

¶ Ad aliam confirmationem de notitia iudicatiua. Respondeo, q notitia iudicatiua est terminus incomplexus, in genere signi: sed in genere significati, semper videtur terminus complexus. Primum patet, quia est notitia simplex. Secũdũ etiã patet, quia iudicandum, vel iudicabile, semper videtur complexẽ significari, vt Petrus iudicatur dignus vita ęterna, Iudas vero indignus illa.

¶ Sequitur octaua diuisio.

Terminorum, alius absolutus, alius cõnotatiuus.

¶ Lectio ista seccatur in tres partes: videlicet diffinitiuam, impugnatiuam & solutiuã. Primo sic aggredimur ad partem membrorum diffinitiuam.

Trs abso. ¶ Terminus absolutus sic diffinitur, Terminus absolutus est terminus, qui vltra principale significatum, non significat aliquid aliud, vel rem aliter se habere: vt, ly homo, ly lapis, & omnes termini de prædicamento substantiæ.

Alia diffiõ. ¶ Vel sic. Terminus absolutus est, qui significat in recto, vt sunt termini de prædicamento substantiæ: vt, ly Sortes, ly homo, ly animal.

Trs cõno. ¶ Terminus connotatiuus est terminus, qui vltra principale, & materiale significatum, significat aliquid aliud, vel rem aliqualiter se habere, vel non habere. Exemplum primi, ly iustum significat Sortem principaliter, & iustitiam minus pricipaliter, vel saltem eam cõnotat. Exemplum secundi, sedens, vel non sedens significat Sortem principaliter, & ipsum sedere, vel non sedere minus principaliter.

Alia diffiõ. ¶ Vel sic. Terminus cõnotatiuus est, qui significat vnum principaliter, & in recto, aliud minus principaliter & in obliquo: vt, ly album ęquiualet huic aggregato, res habẽs albedinẽ: res habens in recto significatur, sed albedo in obliquo.

¶ Terminus cõnotatiuus diuiditur, quia alius positiuus, alius priuatiuus. Positiuus est, qui vltra principale significatum cõnotat partem essentialem: vt, ly rationale significat hominem, & cõnotat eum habere animam rationalem, vel cõnotat partem identicam, & realem: vt, ly risibile significat hominẽ principaliter, & cõnotat eum esse aptum natum ad ridendum, vel cõnotat partẽ extrinsecam, & accidentariam: vt, ly album significat Sortẽ principaliter, & cõnotat ipsum habere albedinẽ. Etiã potest addi terminus mixtus. vt, ly rationale album, rsibile nigrum. Sed terminus priuatiuus est terminus, qui significat, & supponit pro significato principali, & materiali: vt, ly cæcum significat Sortem & cõnotat ipsum carere visu. Ly sedens significat Ioannem principaliter, & cõnotat eum carere cursu, & ambulatione. Ly pauper significat patrem meum Frãciscum principaliter, & cõnotat eum carere diuitijs temporalibus, sed non spiritualibus, nimirũ ecclesia canit in laudem ipsius. Hic Franciscus pauper, & modicus, cælum diues ingreditur, & hymnis celestibus honoratur. Trs posi̇ti. Trs ꝑuati⁹

¶ Sequitur secunda pars argumentatiua. Pars argu.

PRimo argu. sic. Nullus est terminus absolut⁹, ergo diuisio nulla. Cõsequẽtia est bona, & antecedẽs probo. Si aliquis esset, esset ly homo (Exempli gratia,) sed hoc non. Fortẽ negabis istam minorem, quam sic probo. Est terminus cõnotati⁹, ergo nõ absolut⁹, cõsequẽtia tenet, ab oppositis, vel disparatis: aũs probo. Habet principale significatum, & minus principale, ergo est cõnotatiuus. sequela tenet, â diffinitione ad diffinitũ: & antecedẽs probo. Sic enĩ describitur homo, est ens habẽs humanitatẽ. Primũ ar.

¶ Confirmatur Iste terminus homo, significat hominem, cõnotando habere animam, & corpus.

¶ Secundo argu. sic. Iste terminus hoĩs, est terminus connotatiuus, ergo & iste terminus homo sequela videtur bona, cum sint termini synonymi: & antecedens probo. Iste terminus Hominis significat Hominem principaliter, minus principaliter cõnotat possessionem alicuius, ergo est terminus connotatiuus. Consequentia tenet â diffinitione, ad diffinitum. Scdm arg.

Argu. sic. Isti termini, homo, ens quod est Sortes, Plato qcurrit, homo irrationalis, omnis homo, iste homo, sunt termini tamen non videntur absoluti, nec cõnotatiui, ergo diuisio nulla Probatio minoris faciliter potest deduci.

Pars resp. Sequitur tertia pars responsiua.

Ad. j. Ad primum. Quando arguis, ly homo est terminus cõnotatiuus: nego maiorem, cum sit terminus de prædicamento substantiæ. Et ad probationem dicit Scotus, in distin. iiij. primi sententiarum, in solutione argumẽti Anselmi, qui ait, Homo est ens habens humanitatem: & Deus est ens habens diuinam naturam, quia hæc est quædam explicatio nominis, non autem per se expressio significati, quia nomẽ concreti de per se, non importat hoc, quod est habens, vel habere, sed tantum de modo significandi, in quo distinguitur ab abstracto. Solum enim concretum importat ipsam formam, quia album solam qualitatem significat, vnde importat hoc, quod est habens, quia concernit suppositum habens suum significatum, attamen, idem significat cõcretum, & abstractum, licet modus significandi sit alius, & alius. Et ideo, in huiusmodi ethimologijs, & descriptionibus, nõ oportet quod quicquid potest verè coniungi, cum discriptionibus coniungatur cum descriptis.

j. conclu. Ex dictis infertur, quod ly habens Deitatem, non significat suppositum, sed connotat ipsum, & significat formam quæ inest supposito, sicut album significat albedinem, connotando subiectum, siue concernendo suppositum. Album enim importat, quod est habens albedinem, & licet album, & albedo significent eandẽ albedinem, album significat eam inhærentem subiecto, sed albedo nullo modo inhærentem, nec vt sit nata denominare suppositum. Vnde licet ista sit vera, Franciscus est albus, hæc est falsa, Franciscus est albedo. Et ad illam: videlicet, Deus est ens habens Diuinitatem, non supponit pro Deo absolutẽ, non concernendo suppositum diuinum: quia hæc est falsa, Deus, vel Deus habens deitatem: suppositũ de quo dicitur, putà, Pater, vel Filius est vere habẽs deitatẽ, ergo aliquid verè cõiũgitur cũ ista discriptiõe,

habens deitatem: quod non verè potest coniungi cum descripto, putà, cum Deo.

¶ Sequitur etiam, secundum aliquos, q concretum principaliter significat significatum formale, (secundum intentionem huius doctoris) & minus principaliter cõnotat subiectum: vt ly albũ principaliter cõnotat albedinem, & minus principaliter subiectum. Scda cõcl.

¶ Ad secundum quando arguis. Ly hominis est terminus cõnotatiuus, ergo ly homo, nego sequelam, & ad probationem dico. Primo, q ly hominis non est nomen, cum sit casus genitiui. Secundo dico, q si ly hominis esset terminus connotatiuus, non esset magis obliquus, quàm ly homo, cum possit reddere suppositum verbo: sicut ly homo, quód est falsum. Et si arguas, iste terminus hominis leo, importat comparationẽ extremorum, ergo est terminus cõnotatiuus. Ad. ij.

¶ Respondeo, quód illa comparatio importatur ex modo significandi rectè de ly leo: & ex modo significandi obliquè de ly hominis, & non ratione illius partis hominis tantum.

¶ Ad tertium respondeo, quód illi termini sunt connotatiui, quia ly hominis asinus, significat asinum cõnotando, q sit possesus ab homine. Ens quod est Sortes, significat omne ens, cõnotando, q sit Sortes. Homo irrationalis, significat hominem ly homo, & ly irrationalis irrationabilia de significato principali, cõnotando repugnantiam inter se. Omnis homo significat hominem, cõnotando, q sit ois hõ iste homo. Plato qui currit, significat Platonem, cõnotando q currat. Ad. iij.

¶ Vel breuius potest dici. q illa diuisio datur de termino incomplexo, & simplici, & non de termino complexo, quemadmodum sunt isti.

¶ Nona diuisio termini.

Terminorum, alius diuisiuus: alius collectiuus: & alius partim diuisiuus, partim collectiuus. Terminus diuisiuus est, trs significãs aliquid: vt, ly homo. Terminus collectiuus est, termin' significãs aliqua: vt, ly homines, ly populus. Terminus partim collectiuus, partim diuisiu' est, trs significãs aliquid, & aliqua. trs diuisi. trs colle. tr' par. colle. pt. diu.

Decima diuisio termini.

Tẽs ime. Terminorum,alius mediatus, alius immediatus. Immediatus est cuius gratia,propositio in qua ponitur non venit probanda,vel improbanda. Vel(vt aliqui aiunt,) sunt termini singulares,significantes rem impartibilem: vt Michael,Gabriel.
Tẽs med. Terminus vero mediatus est,cuius gratia propositio in qua ponitur venit probãda,vel improbanda per aliam, & alias propositiones:& tales(vt aiunt)sunt termini cõmunes,& singulares,significãtes rem partibilem. Exemplum primi, iste terminus homo est,gratia cuius hęc propositio,homo est animal,venit probanda per has singulares,hic homo est animal, et hic homo est animal,ergo homo est animal.Exemplum secundi, ly Petrus in hac propositione.Petrus est plura entia, probatur sic. Hic binarius(demonstratis corpore,& anima)est plura entia,& iste binarius est Petrus,ergo Petrus est plura entia.

Vndecima diuisio termini.

Item terminorum mediatorum,quidam est officiabilis,& quidam resolubilis,& alius exponibilis. Terminus officiabilis est
Terminus officiabi. terminus,cuius gratia,propositio in qua ponitur efficitur modalis composita: Vti sunt, Verum,Falsum,Possibile,et Impossibile,Necessario,et Contingens.
Tẽs reso. Terminus resolubilis est,terminus partibilis in duos,vel plures terminos: vt ly homo, hic partitur in hos,iste homo,& iste homo,& sic de singulis,demonstrando semper diuersos homines: & ly Sortes, qui partitur in hos terminos, iste binarius, demonstrando duas medietates Sortis. : & iste ternarius, demonstrando tres partes Sortis:& iste quaternarius, demonstrãdo quatuor partes.
Tẽs irres. Michael vero,& Raphael sunt termini,irresolubiles.
Tẽs expo. Tẽs exponibilis est gratia cuius ꝑpositio in qua ponitur, est ꝓbãda,vel improbãda,per aliam,vel alias,vt tantũ homo currit, Omnis hõ pręter Sortẽ mouetur,Omnis hõ in quantũ rationalis

est risibilis, Sortes differet à Platone, mundus incepit esse, Pœna purgatorij desinet esse.

Duodecima diuisio termini.

Terminorum alius finitus, alius infinitus.

Terminus finitus, est terminus sine negatione infinitante, vt, homo, leo, album. Trs finit⁹

Terminus infinitus est, aggregatum ex negatione infinitante & termino finito, vt non homo, non lapis. Trs ifinit⁹

Vnde totum illud aggregatum dicitur terminus infinitus. Sed negatio sola dicitur infinitans, & terminus cui additur, dicitur infinitatus.

Tertia decima diuisio termini.

Terminorum, alij sunt pertinentes, alij impertinentes.

Termini pertinentes sunt termini, non potentes de se verè negari, ipsis supponentibus, mediãte copula de præsenti, vt ly homo, ly animal, ly rationale, ly risibile. Trũ ptinẽt.

Et isti sunt duplices: scilicet, pertinentes sequela: & pertinentes repunantia. Pertinentes seqla.

Pertinentes sequela sunt termini sic se habentes, q̃ affirmatio vnius, respectu cuiuscunq;, infert affirmationem alterius. Et negatio vnius, negationem alterius: vt ly homo, ly risibile. &c. Vnde bene sequitur, homo est lapis, ergo risibile est lapis. Item homo non est lapis, ergo resibile non est lapis.

Et tales sunt duplices, quidam conuertibiles; & quidam nõ conuertibiles.

Conuertibiles sunt termini sic se habentes, q̃ de quocunq; potest vetificari vnus, & alter. Et de quocumq; potest verè negari vnus, & alter: vt, homo, rationale, resibile. Tri cõuer.

Termini vero non conuertibiles, sunt termini, habentes se sicut superius, & inferius, vt, ly homo, ly animal, ly album, ly coloratum. Termini nõ cõuer.

¶Iterum, termini conuertibiles, quidā sunt synonymi, quidā nonsynonymi.

trī synōy. ¶Synonymi sunt, qui significant idem adequate, & eodem modo, vt ly homo, & ly homo.

trī nō sy. ¶Termini vero nonsynonymi, sunt termini non significantes idem, & eodem modo, licet sint conuertibiles: vt ly homo, ly resibile, ly rationale.

pmodūsi- gnificādi quid debe at itelligi ¶Per modum significandi, vel non significandi, nō intilligitur significare naturaliter, vel ad placitum: quia notitia mentalis, & terminus vocalis significant idem, & eodem modo, & sunt synonymi licet vnº significet naturaliter propriè, & alter ad placitum: sed intilligitur significare complexè, vel incomplexè: absolutè, vel cōnotatiuè: vniuersaliter, vel discretè: ita q̄ talis varietas significandi, variet veritatem, vel falsitatem propositionis.

Pertinēt. repugnā. ¶Termini vero pertinentes repugnantia sunt termini non potentes de se inuicem verificari, mediante copula de præsenti nō ampliata: vt ly album, ly nigrum.

¶Vel sunt termini disparati: vt ly homo, ly asinus. Vel sunt termini sic se habentes, quòd affirmatio vnius infert negationem alterius, & ècontra: vt hoc est dulce, ergo non amarum. Est amarum, ergo non dulce.

īptinētes. ¶Termini impertinentes sunt termini, potentes de se verè affirmari, & verè negari, ipsis supponentibus: vt ly dulce, & ly album, Ly Sortes, ly musicus. Ly sedens, ly loquens.

¶Quartadecima diuisio termini.

Quartadecima termini diuisio est, in terminos oppositos, & non oppositos.

trī oppo. ¶Termini oppositi sunt, nō potentes de se inuicem verificari, neq; de eodem simul, & semel, secundum eādem rationem & mediante copula de præsenti: vt ly album, ly nigrum. Vnde si Sortes est albus, nō est niger. Et si est pater, non est filius sui filij.

trorū op- posi. diui. ¶Et isti termini oppositi diuiduntur, quia alij sunt relatiuè oppositi, alij priuatiuè, alij contrarij, alij contradicterij.

¶Relatiuè oppositi sunt termini, non potentes de eodem verificari, secundum eandem rationem, & in eodem genere caussæ; licet bene secundum diuersas rationes: vt ly Pater: ly Filius, ly maius: ly minus. Rel. opp.

¶Termini vero priuatiuè oppositi sunt termini se habentes, sicut habitus, & priuatio. Vel terminus positiuus, & priuatiuus sibi correspondens: vt ly videns, & ly cæcum: ly diues, & ly pauper: sunt, qui non possunt de se inuicem verificari, neq; de eodem tertio, saltem in numero singulari. Oppositi priuatiu⁹.

¶Termini contrarij sunt termini, significantes qualitates contrarias de significato principali, (secundum vnam opinionem) vel saltem eas connotantes, (secundum aliam,) vt ly album, ly nigrum, qui de se, neq; de aliquo tertio, simul, & semel verificari possunt, mediante copula de præsenti. Ex quo infertur q; ly albedo, ly nigredo, non sunt termini cōtrarij, sed bene disparati. Cō trarij.

¶Termini contradictorij sunt, quorum vnus est finitus, & alius infinitatus sibi correspondens: vt ly homo, ly non homo. Contradictorij.

¶Quintadecima diuisio termini.

Diuiditur tādē tīs in terminū trāscēdentē, & non trāscēdētē.

¶Termini non trascendentes sunt termini limitati, qui ponūtur in decem predicamentis: vt, substantia, homo, quantitas. tīs nō trāscendens.

¶Transcendēs autem est duplex, in significando tātū. Et est terminus significans quodlibet ens, & non potens supponere pro quolibet ente: vt ly ens, quod est Sortes. Res, quæ est Maria. Nō intellegibile. Non significabile: Vt ly Chimera. Trāscēdēs isigni. tm̄

¶Alius est terminus transcendens in significando & in supponendo simul. Et est ille terminus, qui significat quodlibet ens, & pro tali potest supponere, & communiter asignantur sex: scilicet Ens, Res, Aliquid, Verū, Bonū, & Vnum: Quorum tres videlicet Ens, Res, & Aliqd, sunt termini absoluti. Alij vero tres connotatiui: scilicet Bonū, Verum, & Vnum. Vnum, enim cōnotat, q; sit sibi ipsi idem, & a quolibet alio distinctum. Verum autem cōnotat, quòd sit aptum ostendere se intellectui, sicuti est. Sed bonum connotat q; propter sui perfectionē est attractiuū Trāscēdēs in signifi. & oppo.

voluntatis. Hæc intelliguntur de incomplexis transcendentibus quia complexa multum plura sunt: vt, Sortes si est Sortes, Albũ vel non album, &c.

Sequitur secunda pars determinatiua terminorum in propositione positorum.

De ꝓprietatib. trō. PRo quo notandum est, ꝙ proprietates termini, de quibus factus est sermo in præcedẽtibus: sicut sunt ꝙ sint significatiui, vel nõ significatiui: communes vel singulares: absoluti, vel cõnotatiui: & sic de aliis conueniunt termino tam in propositione, ꝙ̃ extra propositionem: sed sequentes, videlicet suppositio, distributio, restrictio, ampliatio, appellatio, expositio, officiabilitas, & siquæ aliæ sunt, dũtaxat conueniunt termino existẽti in propositione.

Et quia inter has logicas proprietates, præcipua est suppositio de ea primo tractaturi sumus.

De suppositione.

CVm omne æquiuocum in distinctum pariat confusionem, operæ prætium est, eam per diuisionem explicare.

Pro quo nota primo, ꝙ duplex ẽ suppositio: propria, & impropria.

Supposi. ĩpropria.

De suppositione impropria.

IN ꝓpria est, q̃ndo est acceptio tr̃i in orõne, vel ꝓpositiõe, p suo significato q̃d ex vi sui significat, vel ex ĩpositione trãslatiua: vt ibi, Comederũt Iacob, vbi capitur Iacob, pro possessione sua.

suppositio Anthonomatica, Et hæc est multiplex: videlicet, anthonomatica, vt ibi, Apostolus ait: gratia Dei sum, id quod sum, & ibi Philosophus inquit: tantum sunt tria principia rerum naturaliũ, ibi, Apostolus pro

Paulo, & Philosophus pro Aristotile summitur, quia pro famo siori significato.

¶ Alia est synecdothica: vt, Petrus est in cœlo, Iudas in inferno ibi summitur pars pro toto. Synecdothica.

¶ Alia est methaphorica: vt, viso homine crudeli dicitur, hic est Nero, propter conuenientiam in crudelitate. Metaphorica.

¶ Alia nuncupatur catachrethica, quæ vsurpatiue summitur, vt ibi, Domine, ne i furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me, nimirum neq; ira, neq; furor in Deo reperitur propriè. Catachrethica.

¶ Aliquando hęc suppositio reperitur in orationibus, & sic aliquando dicitur hyperbolica, vt ibi, It clamor ad astra.

¶ Aliquando enigmatica, vt ibi littora bobus aras. Enigmat.

¶ Aliquando dicitur hyronica, vt ibi, bonus latro, vel adulter optimus. Hyronica

¶ Aliquando summitur pro dignitate, vt ibi, Omne totum est maius sua parte, sed his, alijsq; acceptionibus impoprijs dimissis suppositio propria sic diffinitur.

¶ De suppositione propria.

Suppositio propria est, acceptio termini in propositione, pro aliquo, vel aliquibus, vel pro seipso, vel pro seipsis, de quo, vel de quibus talis terminus natus est verificari, mediante copula eiusdem propositionis, vel alia sibi ęquiualenti, in acceptione terminorum. Suppositio propria.

¶ Seccatur hæc lectio in tres partes: videlicet declaratiuam supradictæ diffinitionis, argumentatiuam, & argumentorum solutiuam.

¶ Ad primam accedendo dico, q̃ diffinitum illius diffinitionis propinquum (secundum nominales) est, iste terminus suppositio. Sed secundum viam Scoti, est secunda intentio, cuius fundamentum remotum, est iste terminus, suppositio. Sed propinquum, est esse cognitum eius, & terminus istius relationis, est diffinitio eius, vel secunda intentio: vel melius, fundamentum secundæ intentionis, sui correlatiui: putà diffinitionis eius.

Alij (vt refert Nicolaus de Orbelio,) dicunt, quod suppositio nō solum se extendit ad rem significatam per terminum, sed etiam ad supposita cōtenta sub tali re: vt, illa vox homo supponit pro natura hominis, hoc est, pro humanitate, & etiam pro suppositis putà, pro Sorte, & Platone.

Ly est, est copula. Acceptio, idest, conceptio, vel apprehēsio, ponitur loco generis. Termini, ad differentiam rei significatæ per terminū. In propositione, ad differentiam termini accepti extra propositionem. Nati accipi, dicit aptitudinem, & nō actum. Sufficit.n. quòd sit natus accipi, in potentia propinqua, ex quo infertur quod termini scripti i libris, circa quos nullus aduertit, qui sunt partes propositionis scriptę supponunt, quòd est contra aliquos. Pro aliquo, dicitur propter terminos singulares pro vno supponentes. Vel aliquibus, propter terminos cōmunes, vel collectiuos qui supponunt pro pluribus. Additum est, vel pro seipso, vel pro seipsis, propter terminos supponentes materialiter, vt homo est dictio bisyllaba, ly isti sunt termini.

De quo, idest, de cui⁹ significati pro nomine. De quib⁹, idest, de quorum significatorum pronominibus, talis terminus natus est verificari, quæ quidem verificatio, aliquando fit mediante pronomine, demonstrante illam rem, vt hic homo est animal, verificatur subiectū sic, Hoc est homo, & prædicatum sic, Hō est animal. Et in numero plurali sic, Homines sunt animalia, subiectum verificatur sic, Hęc sunt homines. Secūdo modo verificatur nō de pronomine, sed de nomine ad equatè significante illam rem vt si dicatur Tullius loquitur. Potest subiectum verificari dupliciter, mediante pronomine, dicendo, hoc est Tulli⁹, vel mediante nomine eādem rē significāte, dicendo Cicero est Tullius, vel sic. Si ponatur ista propositio, ens nō demonstratū currit cum subiectū non possit per pronomen demonstrari, quia implicat non demonstratum demonstrari, & volo quòd sit Sortes, tunc verificatur sic. Sortes est ens non demonstratum. Dicitur vltimo mediante copula illius propositionis, quia extrema huius propositionis, homo est ens, non verificatur mediante ly fuit, vel erit dicendo hoc fuit homo, & hoc fuit ens, sed sic hoc est homo, & hoc est ens, nec subiectum, & prædicatum, huius propositionis Deus creauit cœlum, verificatur mediante ly est, vel ly erit, sed

sic hoc est, vel fuit ens,& prædicatum sic, hoc fuit cœlum. Et dicitur notanter, vel alia copula æquiualente in acceptione terminorum, id est, seruatis proprietatibus logicalibus. Vnde licet hæc sit catholica, Creans necessario est Deus, subiectū illius, non verificatur mediāte illa copula, videlicet, hoc necessario est creās, sed mediāte illa hoc possibiliter est creās, similiter hęc, homo est pictus. Sic verificatur, homo est pictus, & subiectum huius, homo est nomen, sic verificatur, hoc est ly homo. Et subiectū huius, Quilibet homo currit, sic, homo est aliquis homo, vt seruetur restrictio p masculinis, sed non requiritur, q̄ seruetur eadem suppositio.

Pars argumentatiua.

Pars argumentati.

SEquitur secunda pars argumantatiua, & primo arguitur sic. Omnis passio est cōuertibilis cū suo subiecto, sed suppositio non conuertitur cum termino sumpto in propositione, ergo suppositio non est passio termini in propositione. Antecedens est notum, sed minorem probo. Datur terminus in propositione tamen non supponit, ergo intentum. Antecedens probo. Extrema huius propositionis: scilicet, Chimera est Chimera, accipiuntur in propositione, sed pro nullo supponunt, neq; de alio verificantur, ergo intentum. Primi.

Secundo arguitur sic. Subiectum huius propositionis, fides & spes est virtus theologalis, supponit, tamen non videtur, qua copula verificetur, ergo falsa ē illa particula, q̄ debet verificari mediante copula suæ propositionis. Secundo.

Confirmatur etiam de subiecto huius, Creans necessario est De9, q̄ si verificetur mediāte copula sue propositionis, talis propositio erit heretica: puta, hoc necessario est creans, quicquid .n. ad extra Deus agit, contingenter agit. Confirm.

Tertio arguitur. Iste terminus homo in hac conditionali supponit, & tamen, non est acceptio termini in propositione, ergo diffinitio nulla. Antecedēs probo. Si homo curreret homo moueretur: notū est tam ly homo primum, quàm ly homo secundum supponere, cum sit conditionalis vera, quæ alias non esset vera, tamen neq; ly homo curreret, neq; ly homo moueretur, sunt propositiones, ergo intentum. Tertio.

iiij ¶Quarto arguitur sic. Datur terminus significans, & supponens acceptus in propositione, & tamen non verificatur mediante copula suæ propositionis, ergo diffinitio nulla. Sequela est bona, antecedens probo. Subiectũ huius, Hõ non est lapis significat, & supponit pro homine, tamẽ pro illo non verificatur mediante ista copula, ergo. &c. Antecedens est notũ, & minorem probo. Quia hec est falsa, hoc non est homo, demonstrato homine.

Pars responsiua.

¶Pars responsiua.

Ad primũ. AD primum quando arguis passio. &c. Transeat maior. Et ad probationem, concedo q̃ datur termin⁹ acceptus in propositione, & q̃ nõ supponat. Sed diffinitio nr̃a intelligitur de tr̃s significãte aliquid, vel aliqua, & sic ly Chimera nõ supponit neq; de aliquo est verificabilis ille tr̃s, secundũ q̃ Chimera dicitur ens cõpositũ ex impossibilibus posse cõponi. Et si arguatur cõtra. Hæc est vera, ly Chimera est dictio, & verificatur sic. Hoc est ly Chimera, ergo, responsio nulla. Respondeo q̃ ly Chimera supponit pro illa dictione, & pro sibi similibus materialiter, sed pro nullo personaliter.

Ad. ij. ¶Ad secundũ respõdeo, q̃ si ly, Et, capiatˀ cõplexiuẽ illa orõ est inepta, & incõgrua. Et sic nec vera, nec falsa, neq; de aliquo, extrema sunt verificabilia. Si tñ ly, Et, capiatur diuisiuẽ illa propositio est prius resoluẽda, in vnã copulatiuã, putã, in istam, fides est virtus theologa, & spes est virtus theologa: & tũc subiecta istius copulatiuæ verificãtur sic, Hoc est fides, & hoc est spes, vel (vt aiunt quidã) per vnã disiunctã: videlicet, hoc est fides, vel spes.

Cõfirma. ¶Ad cõfirmationem. Concedo, q̃ non verificatur subiectũ mediãte copula illius propositionis, sed bene mediãte alia sibi equiualenti in acceptione terminorũ, vt, creans necessario est Deus non verificatur sic, Hoc necessario est creans, sed sic, Hoc possibiliter est creãs. Quia necessario, & possibiliter æquipollẽt quoad ampliationem, sed non quoad appellationem.

Ad. iij. ¶Ad tertium, respondeo tripliciter. Primo, concedendo maiorem, & negando minorem. Diuiditur nimirum diuisione vniuoca, propositio in propositionẽ cathegoricã, & in hypotethicã, &

Prima solutio.

sic ille terminus supponit, & accipitur in propositione.

¶Secundo sic. Potest responderi, q sufficit, q accipiatur incom plexo propositionali. ij. solutio.

¶Tertio & melius sic. Quód ille terminus nunquã verificatur mediãte verbo obliquo: vt est, ly curreret, & ly moueretur. Neque mediante verbo adiectiuo: vt est, ly currit, & ly mouetur sed mediante verbo substãtiuo, præsentis tẽporis indicatiui modi. Et sic antequàm extrema verificẽtur, reuocanda est illa propositio ad suã, vel suas de inesse, vt ista, Homo curreret, ad istã, Homo est currens, Et ista Homo moueretur, ad istam Homo est motus. Et sic facilis est verificatio. iij solutio

¶Ad quartum respõdeo cõcedẽdo añs, Et dico, q diffinitio suppositionis intelligitur mediante copula affirmata, & non negata. Vnde subiectum illius propositionis, Homo non est lapis, verificatur sic Hoc existens homo est non lapis. Ad. iiij.

¶Sequuntur quædam dubia circa materiam suppositionis, de veritate quarundã propositionũ.

PRimum. An ista sit vera vel nõ: Hoc est, hoc extremum non supponens, & arguitur sic. Vel prædicatum supponit, vel nõ si sic, similiter subiectum supponit pro eodem. Et sic est vera. Vel prædicatum non supponit, & ita est, sicut per illam significatur, & sic erit vera. Sed contra, prædicatum est extremum nõ supponens, ergo neq; pro eodem. Subiectum, & prædicatum supponit, & sic ipsa videtur falsa. Primũ dubium.

¶Secundum. De veritate istius, Hoc est prædicatum extra propositionem, vel prædicatum supponit vel non. Si sic, ergo subiectum supponit pro eodem, si non supponit prædicatum, ergo neq; pro eodem supponunt postq̃ prædicatum non supponit. ij. dubium

¶Tertium. De veritate istius, Hæc propositio tantum imaginarie est vera. iij. dubiũ.

¶Quartum. De veritate istius, Aliqua suppositio à quolibet termino supponente differt. iiij. dubiũ.

¶Quintum. An affirmatiua cuius subiectũ, & prædicatum supponunt pro eodem, sit semper vera? v. dubium

Sextũ dubium. ¶ Sextum, an negatiua, cuius subiectum, & prędicatum non supponunt sit vera: Vt Chimera non est Chimera.

vij. dubiũ ¶ Septimũ, quomodo verificatur subiectum huius, Hoc est animal?

viij. dubi. ¶ Octauũ, quomodo virificatur subiectum, & prædicatum huius, Hoc est hoc?

ix. dubiũ. ¶ Nonũ, quomodo verificatur ly mei, & ly asini, huius, Mei asini interest currere?

x. dubiũ. ¶ Vltimũ, quomodo verificatur obliqui, carentes suis rectis?

¶ Sequitnr pars responsiua.

Ad primũ dubium. Ad primum breuiter dico, quòd ad prædicatum illi' propositionis supponere, sequitur per locum intrinsecum ipsum non supponere, & sic falsificat seipsam illa propositio.

Ad secũdũ dubiũ. ¶ Ad secundum respõdetur, quòd ad ipsũ supponere sequitur ipsum non esse extra propositionem, & si est extra propositionem, ergo non supponit, & sic implicat contradictionem.

Ad tertiũ dubiũ. ¶ Ad tertium similiter respondetur, quòd est propositio falsa, quia si tantum imaginariè est vera, ergo imaginariè est vera, & non aliter quàm imaginariè, & sic simpliciter est falsa.

Ad quar. dubiũ. ¶ Ad quartum dico, q terminus, vel nomen verbale in io, tres habet significationes: actiuã, passiuam, formalem, siue instrumẽtalem, vt, dilectio significat diligentem, dilectum, & qualitatem qua diligens tendit in dilectũ. Similiter suppositio capitur actiuè, passiuè, & instrumẽtaliter. Actiua differet à passiua, & è contra, & ab instrumentali, & è contra.

Quot modis capit.

Ad. v. ¶ Ad quintum respondeo. Quòd non. Primo quando est propositio exclusiua, cuius dictio exclusiua non negatur: vt, tantum Chimera nõ est Chimera, hæc fertur affirmatiua, quia dictio nõ negatur, cuius falsitas sic patet. Tãtum Chimera nõ est Chimera ergo Chimera non est Chimera, & omne non Chimera est Chimera, sed Angelus est non Chimera, ergo est Chimera.

¶ Secundo. Quando subiectum distribuitur, vel supponit pro pluribus quàm prædicatum, & prędicatum est determinatũ. Exẽplum primi. Omne animal est homo, Exemplum secundi.

Omnis

omnis homo est.b.animal,& Omnis homo est hoc animal.
¶Tertio,quando ppositio falsificat seipsam: vt hæc est falsa,demonstrando per ly hec, ipsammet propositionem.
¶Quarto,quando extrema supponunt pro eodem supposito mediato,sed non pro immediato:vt,Pater est Filius,tam ly Pater,q̃3 ly Filius supponunt pro Deo,vel essentia diuina,quod est significatum mediatum illorum terminorum, tamen ly Pater non supponit pro Filio,neq; Filius pro Patre,quæquidem sunt significata immediata illorum.
¶Quinto.Quando subiectum accipitur pluribus acceptionib⁹ non vniuocis:vt,Cuiuslibet hominis quilibet asinus est asinus, posito quod quilibet homo habeat suum asinum,præter Sortem, quæ propositio in casu est falsa, licet extrema supponant pro eodem.
¶Sexto.Quando additur aliqua determinatio copulæ,mediante qua,prædicatũ nõ cõuenit subiecto,vt,De⁹ necessario est creās.
¶Septimo. Tenetur ab aliquibus, ꝙ totum non distinguitur â suis partibus essentialib⁹,& sic dicũt,ꝙ hæc est falsa.Sortes essētialiter est homo,quam opinionem reputo non multum probabilem,cum omne superius sit de essentia sui inferioris.
¶Ad sextum respondetur,ꝙ ad hoc, ꝙ negatiua sit falsa in qua subiectum,& prædicatum supponunt pro eodem requiritur, ꝙ subiectum stet determinatè, vel distributiuè. Exemplum primi, Homo nõ est animal. Exemplum secundi,Nullus homo est homo,vel Nullus homo est animal:Sed si subiectum negatiuè stet confusè tantum, licet subiectum,& prædicatum supponant pro eodem,ipsa est vera:vt,A.homo non est homo.Similiter quando vtrunq; extremum supponit determinatè est vera:vt,Homo homo non est,etiam si subiectum supponat confusè & distributiuè,& prædicatum confusè tantum,illa est vera:vt,Quilibet homo,homo non est. Ad.vj.du.
¶Ad Septimum. Respondetur, ꝙ verificatur subiectum illius propositionis: videlicet,Hoc est animal,sic,Hoc est hoc subiectum. ad.vij.du.
¶Ad octauũ respondetur, ꝙ subiectum huius propositionis: videlicet,Hoc est hoc, verificatur sic,Hoc est hoc subiectũ,& prædicatum sic verificatur, Hoc est hoc prædicatum. Ad viij. dubium.

Ad.ix. dubium. ¶ Ad nonũ respõdetur, q ly mei potest capi, vt est primitiuę speciei, vel deriuatiuæ. Si primitiuæ, sensus est, Mei asini interest currere, idest, mihi qui sum asinus conuenit currere. Et tunc sic verificatur, ly mei, hoc est, ego. Et ly asini, hoc est asinus. Si vero ly mei capiatur deriuatiuè, tunc sensus est, Meo asino conuenit currere, & sic verificatur, Hoc est meum, vel hoc est meus asin⁹.

Regula. Pro quo ponitur talis regula. Omis obliqu⁹ est verificabilis, mediante suo recto: vt, hominis, hoc est, homo. Et omnis dictio carens recto debet verificari mediante suo recto ficto, vt si dicamus de nece necem, quòd quidem nomen caret recto, supplendus est sic, hoc est nex, vel hoc est mors, & sic de similibus.

Quælibet dictio põt suppone. matrliter. ¶ Supponitur etiã, q omnis dictio tam significatiua, quàm non significatiua potest supponere materialiter: vt, Homo est dictio bisyllaba, Chimera est vox.

¶ Item, omnis terminus, tã cathegoreumaticus, quàm syncathegoreumaticus potest supponere materialitr: vt, Angelus est nomẽ. Omnis est signũ vniuersale. Aliquis ẽ signũ particulare.

¶ Item fertur cõmuniter, q nullum adiectiuum adiectiuè tentum supponit saltem personaliter: vt, Homo albus est animal, sed bene substantiuè tentum: vt ibi, Album currit. Vnde nota, q ad hoc, quòd terminus supponat personaliter, requiritur q significet, aliquid, vel aliqua substantiuè, quia nomina, & verba adiectiua, non dicuntur supponere, sed bene copulare.

Supposi. diuisio. ¶ Sequitur diuisio suppositiõis. Vnde suppositio, alia est materialis, alia simplex, alia personalis.

¶ De suppositione materiali.

Supposi. materi. SVppositio materialis est, Acceptio termini in propositione pro suo significato, vel suis significatis, quod, vel quæ nõ significat ex impositione propria, vel naturaliter propriè. Pro quo notandũ est, q terminus vocalis, vel scriptus significat propriè ex impositione, illud ad quod fuit impositus, purà, ista vox, vel scriptura homo significat hominem, & quemlibet hominẽ, & vocatur significatum proprium, & vltimatum illius vocis, vel scripturæ homo.

¶ Item, illa vox, vel scriptura homo significat se, & sibi similia, in voce, vel in scripto, vel in mẽte, quod quidẽ significatum dicitur improprium, & non vltimatum illius vocis, vel scripturæ pro quo significato, sic diffinitur suppositio materialis secunda sic. Suppositio materialis est acceptio termini in propositione, pro se, & sibi similibus in voce, vel in mente, vel in scripto: vt, ly homo in hac propositione, Homo est nomen, qui quidem terminus supponit pro tali termino vocali, scripto, vel mentali. Suppositionis materialis alia diffinitio.

¶ Tertio sic diffinitur. Suppositio materialis est acceptio termini in propositione pro suo significato, vel significatis, secundum conceptum, secundum quem, non vltimatè accipitur. Pro cuius declaratione nota, q̃ cuilibet termino significatiuo correspondet triplex cõceptus in mente. iij. diffini.

¶ Prim⁹ est naturalis similitudo illi⁹ termini, vel vocis, qui nuncupatur conceptus non vltimatus, secundum quem terminus supponit materialiter: vt, Homo est dictio. Primus concept⁹.

¶ Secundus conceptus est, secundum quem ipsa dictio supponit precisè, pro suo significato adequato, & tunc supponit simpliciter: vt, Homo est species. Sortes est indiuiduum. Secũ. cõce

¶ Tertius conceptus est notitia rei vltimata, secundum quam dictio vocalis, vel scriptura supponit, tam pro significato adequato, quàm in adequato: vt, Hom est animal, Homo est risibilis, Homo est albus, Homo currit, quæ prædicata competunt, tam superioribus, quàm inferioribus. Ter. cõce

¶ Suppositio materialis, alia est communis, alia discreta. Discreta est acceptio termini materialiter sumpti discretè tenti: vt, Hoc ly Sortes est dictio bisyllaba, hoc ly homo est nomen. Supposi. mris diui. Discreta.

¶ Communis est acceptio termini materialiter sumpti, Non singularizati: vt, Homo est nomen. Homo est vox. Homo est terminus. Cõmunis

¶ Suppositio materialis communis, alia determinata, alia confusa. Alia diui.

¶ Determinata est, acceptio termini in propositione materialiter sumpti, sub quo gratia formæ, potest fieri descensus disiunctiuus, vt ly homo est dictio. Determinata.

¶ Confusa, alia confusa distributiua, alia confusa tantùm. Itẽ alia diuiso.

Cõfusa dis tributiua. Confusa distributiua est, Acceptio termini materialiter sumpti in propositione, sub quo gratia formæ potest fieri descẽsus copulatiuus: vt, Omne ly homo est nomen.

Cõfusa tã. Confusa tã um est, acceptio termini in propositione materialiter sumpti, sub quo potest fieri descensus disiunctus, vel copulatus: vt, Omne ly homo est nomen, sub ly nomẽ potest fieri descensus disiunctiuus.

Pars argu. ## Pars argumentatiua.

Primũ ar. Contra diuisionem suppositionis in se, & contra diffinitionem suppositionis materialis sic argu.

Et pri. no sic cõtra diuisionẽ. Datur aliquis terminus, qui supponit, & non aliquo genere suppositionũ iam dictarum, ergo diuisio est frustranea. Sequela est bona, & antecedens probo. Subiectũ huius, Istud ens est, supponit demõstrando illam vocẽ ens, & nõ personaliter (quia nõ pro significato vltimato) nec simpliciter (vt notum est) nec materialiter, quia mediante conceptu vltimato, qui est naturalis similitudo omnium entium supponit, ergo intentum.

Confirm. Confirmatur. Subiectum huius, Ens est nomen, non videtur quo genere suppositionis supponat, vt deductum est de subiecto præcedentis argumenti.

ij. argum. Secũdo arguitur sic. Subiectum huius, Homo est pictus, supponit non simpliciter (vt notum est) neq; personaliter, quia non pro suo significato vltimato, quod propriẽ significat: neq; materialiter, quia non mediante conceptu non vltimato, qui est naturalis similitudo vocis.

iij. argu. Tertio sic. Subiectum huius, Sortes imaginario est Plato, non supponit personaliter, quia Plato non est significatum eius vltimatum, neq; simpliciter (vt notũ est) neq; materialiter, quia Plato non est significatum non vltimatum huius vocis Sortes.

iiij. argu. Quarto sic. Subiectum huius, Hoc subiectum non personaliter supponens est supponens, non videtur quo genere suppositionis supponat, ergo illa diuisio est nulla.

❡ Sequitur pars responsiua.

Pars res. ponsiua.

Ad primũ

AD primum, quãdo arguis. Nõ videtur quomodo, supponat subiectum huius, Istud ens, &c̃. Respondetur distinguendo, quia vel per illud nomen istud, demonstratur illa vox, Vt est ens, & sic supponit personaliter, vel demonstratur prout est signum significatiuũ alterius, & sic supponit materialiter, quia pro illa voce, & sibi similibus, secundum conceptum non vltimatum supponit.

❡ Ad confirmationem dico, q̃ ens supponit materialiter, cum prædicatum sit terminus secundæ intentionis, quod est significatum eius non vltimatum. Ad cõfir.

❡ Ad secundum. Respondetur, q̃ ly homo in hac propositione, Homo est pictus, nõ supponit simpliciter (vt notum est) nec materialiter, quia non secundum naturalem significationem, & similitudinem termini, sed supponit personaliter, & est propositio falsa, cum prædicatum sibi non conueniat, secundum primariam, & artificialem significationem. Ad. ij. ar.

❡ Ad tertium. Respõdetur a baliquibus, q̃ subiectum huius, Sortes imaginatur Plato, supponit personaliter, & est vera secundũ illos: sed alij dicunt, quod hæc est simpliciter falsa, cum ille terminus Sortes non significet Platonem, neq; ex impositione proprie, nec naturaliter proprie. Sed primi dicũt, q̃ nõ est vera simpliciter tamen respectu huius verbi imaginatur dicunt illam esse veram. Ad. iij.

❡ Ad quartum respõdetur, q̃ subiectum huius, scilicet, hoc subiectum non personaliter supponens est supponens, non supponit personaliter, quia habet non suppositionem personalem anexam, sed supponit materialiter pro se, & sibi similibus. Ad. iiij.

❡ Sequuntur aliqua dubia.

PRimũ. An terminus mẽtalis, possit supponere materialiter? j. dubium

❡ Secundum. An propositio vocalis vel scripta sub ordinetur dua bˀ mẽtalibus, quarũ vna est vltimata, & alia nõ vltimata? ij

Tertio. ¶Tertio. An hæc sit vera, Plato imaginario est Sortes, & Chimera imaginatur esse.

Ad primũ ¶Ad primum respondetur à quibusdam, ꝙ nullus terminus mẽtalis potest supponere materialiter, quàm vis addatur sibi signũ materialitatis, putà, ly ratio, quia non potest cadere à sua significatione cum sit agens naturale.

Ad secũdũ ¶Ad secundum dicitur, ꝙ hæc vocalis, homo est animal, sub ordinatur mentali, vltimatæ, ratio, quia prius illa vocalis est vera vel falsa, quàm mentalis non vltimata, cum prima sit prior illa non vltimata, sed illa vocalis, in significando se naturaliter cõmuniter, sub ordinatur mentali non vltimatæ, quæ est naturalis similitudo eius.

Ad tertiũ ¶Ad tertium respõdet Coronelus, ꝙ hęc est vera, Sortes imaginatur Plato, sed ista est falsa, Chimera imaginariè est Chimera, & ista similiter, Chimera significata liquid. Et hæc sufficiant pro terminis significatiuis, & incomplexis sumptis. Sed quia oportet respondere ad importunitatem Scolasticorum, & est consilium Sapientis, respondere stulto iuxta stultitiam eius, opperę pretium est de termino mixto aliquas regulas assignare.

¶De copulato complexiue tento.

Prima regula. PRima regula. Copulatum, cuius quælibet pars supponit materialiter, totum supponit materialiter: vt, a, & b, sunt literę.

Scda regu ¶Secunda regula. Copulatum complexiuè tentum, cuius quælibet pars supponit personaliter. Totum supponit personaliter: vt, Sortes, & Plato sunt homines.

iij. regula. ¶Tertia regula. Copulatum complexiuè tentũ, cuius vna pars supponit personaliter, & alia materialiter, supponit mixtim: vt, Sortes, & a, sunt entia.

iiij. regula ¶Quarta regula. Copulatum complexiuè tentum, cuius vna pars materialis non supponit, totum non supponit: vt Sortes, & Chimera sunt animalia. Ratio est, quia nulla sunt entia quæ sint Sortes & Chimera.

Pro copulato diuisiue tento.

PRima regula. Copulatum diuisiuè tentum, cuius vna pars supponit materialiter, totum supponit materialiter, & si personaliter, totum supponit personaliter. Prima re.

Secunda regula. Copulatum diuisiuè tentum, cuius vna pars nō supponit, & alia sic, supponit personaliter: vt, Sortes, & Chimera, est animal. Secūda regula.

De disiunctis.

PRima regula. Disiunctum, cuius vtraque pars supponit materialiter: vt ly homo vel ly Sortes ē dictio, supponit materialiter, vel cui⁹ vtraque pars supponit personaliter, supponit personaliter, vt, Homo vel Sortes est albus. Prima re.

Secunda regula. Disiunctum, cuius vna pars supponit personaliter, & alia materialiter, supponit mixtim: vt, ly homo vel Sortes est animal, & hæc sufficiant pro suppositione materiali. Secūda regula.

De suppositione simplici.

DE suppositione simplici, tria sunt agenda: videlicet. Asignare partem difinitiuam, diuisiuam, & argumentatiuam, atque responsiuam. De suppo si. simpliici

Ad primū ergo accedendo, suppositio simplex sic diffinitur. Suppositio simplex est acceptio termini in propositione pro suo significato primario, et adequato, respectu predicati, vel subiecti ponentis differentiam inter superius, & suū inferius, vt, Substātia est genus generalissimū. Animal est gen⁹ subalternū. Homo est species specialissima. Sortes est indiuiduum. Supp. simplex quid.

Predicatum primi exempli sic conuenit subiecto, putā, substātiæ, ꝙ nulli eiusdem ordinis competere valet. Iste enim sunt falsæ, Corpus est generalissimum. Corpus animatum est generalissimum.

¶Prædicatum secundi ita conuenit animali, q nullo pacto, homini vel equo, vel alicui speciei specialissimę sub animali contentæ.

¶Prædicatum tertij, sic competit naturæ humanę, q non alicui singulari homini, nō enī dicitur Sortes species, neq; Plato. &c.

¶Sed prædicatum quarti exempli ita cōpetit Sorti, & cuilibet singulari sub natura humana contento, q nullo pacto aliquod superius, putà homo, vel animal indiuiduum nuncupari possit.

Suppōis simplicis diuisio.

¶Sequitur pars diuisiua.

Suppositio simplex est duplex: scilicet, communis, & discreta.

suppō. cōis ¶Communis est acceptio termini communis in propositione pro suo significato primario, & adæquato: vt, Substantia est generalissimum genus. Animal est genus. Homo est species.

sīplex dis. ¶Suppositio simplex discreta est acceptio termini in propositione, pro suo significato primario, vt Sortes est indiuiduum. Petrus est singulare quod de vno solo prædicatur. Ioannes est indiuisibilis in partes subiectiuas. Prædicata harum propositionum, sic conueniunt inferioribus, vel singularibus, quód nōnūquàm, de superioribus verificari possent.

Pars argu.

¶Pars argumentatiua.

Primū ar. His suppositis, sequitur tertia pars argumētatiua, & primo arguitur sic. Si esset aliqua suppositio simplex, sequeretur q quilibet homo esset species, sed consequens est falsum, ergo & antecedēs. Sequelam probo. Bene sequitur, Homo est species ergo homines sunt species, & omnes homines sunt species, sicut omnes homines sunt animalia. Quia sicut singulare de singulari, ita plurale de plurali. Ex quo infertur, quod Sortes est species & ita prædicabilis de pluribus differentibus numero, quod est contra diffinitionem, suppositionis simplicis, & discretæ.

Scdm arg. ¶Secūdo arguitur. Homo est species, ergo iste homo est species vel iste homo est species. Sequela probatur, quia sub quolibet

termino communi, communitet tentopotest, fieri descensus disiunctiuus, sed consequens est falsum, ergo & antecedens.

¶ Tertio principaliter argu. Data suppositione simplici, sequitur quód hę duæ contradictorię sunt verę, ergo illa non est ponēda. Sequelā probo. Hæc est vera per te, homo est species. Et hæc est vera, nullus homo est species, & ambę verę, & ambę contradictorię, ergo intentum prima non eget probatione, sed secūdam probo. Iste homo per descensum, Sortes non est species, Martinus non est species, & sic de singulis, ergo vera. Forté dices, q̄ prima non habet contradictoriam: contra, cuilibet affirmationi est negatio opposita. iij

¶ Sequitur pars responsiua. Pars rēsi.

Quo ad primū q̄ndo arguis, si esset aliqua, &c. Nego sequelam, & ad probationē, scilicet, Sicut singulare de singulari. &c. Dico q̄ illa regula i multis fallitur: q̄a licet seq̄tur homo est rationalis, ergo homines sunt rationales, non tamen sequitur, Deus est infinitus ergo Dij sunt infiniti, & sic negandę sunt consequentię illatæ, ex antecedenti malé illato. Ad ptim.

¶ Ad secundum. Concedo antecedens, & nego sequelam, cōmittitur enim fallatia figuræ dictionis, arguendo á suppositione simplici ad personalem. Ad. ij

¶ Ad tertium dicitur, q̄ lex cōtradictoriarum est infallibilis. Ad probationem dico, q̄ illa, Nullus homo est species, non est contradictoria istius, Homo est species sed ista, Homo non est species. Pro quo notandum est, q̄ nulli termino supponenti simpliciter est addendum signum vniuersale, particulare, vel singulare Vnde hæc est falsa, Omnis homo est species, & ly homo supponit personaliter, & non simpliciter. Similiter subiecta istarū, Aliquis homo est species, iste homo est species, supponunt personaliter, & non simpliciter. Ex quo infertur, quód subiectum istius, Nullus homo est species, non supponit simpliciter. Ad. iij.

¶ Item nullus terminus sumptus in numero plurali supponit simpliciter, cum supponant pro significatis secundarijs, & non primario.

¶ Itē cōmuniter dicitur, q̄ disciplina in hac propositione supponit simpliciter: Omnium oppositorum, eadē est disciplina. Sed subiecta istarum propositionū, Bos est vtilissimus aratro, & Homo est nobilissima creaturarum, licet aliqui tenuerint, q̄ supponunt simpliciter, oppositum est verum, quia supponunt personaliter & sunt falsæ.

¶ De suppositione personali.

Lectio præsens secatur in partem diffinitiuam, diuisiuam, argumentatiuam, atq; responsiuam.

¶ Sequitur prima pars diffinitiua.

Diffiō sup pōis psōa. Personalis suppositio, est acceptio termini in ꝓpositione pro suo significato, vel suis significatis, respectu prædicati, vel subiecti non ponentis differentiam inter superius, & inferius vt, Homo ē animal. Sortes currit. Plato est alb⁹. Prædicata hæc sunt verificabilia, tam de superioribus, q̄ʒ de inferioribus. Vnde sicut illa est vera: Homo est animal, ita hæc: Iste homo ē animal. Et Sortes est animal. Corpus est animal. Et aliqua substantia est animal. Similiter, si Sortes currit, homo currit, & animal currit. Et si Plato est albus, & aliqua substantia est alba.

¶ Sequitur secunda pars quæ dicitur diuisiua.

Diui. sup. Personalis Duplex est suppositio personalis: videlicet, communis, & discreta.

Discreta. ¶ Discreta est, acceptio termini discreti, & personaliter tenti in propositione, vel est acceptio termini communis discretè tenti mediante pronomine, primitiuæ speciei. Exemplum primi, Sortes est doctus. Exemplum secundi, Hic homo est beatificabilis. Hoc animal est māsuetum. Ille vir letatur, prædicta subiecta oīa supponunt discretè & personaliter.

Pars argu ¶ Sequitur tertia pars quę dicitur argumentatiua.

Primũ ar.

PRimo argu. sic. Contra diffinitionẽ suppõnis personalis. Illa quæ sunt eiusdẽ speciei, habent easdẽ ꝓprietates (vt Sortes & Plato sunt risibiles, flebiles, susceptiui disciplinæ) sed dantur duæ suppositiones personales nõ habentes easdẽ proprietates specificas, ergo illa diffinitio non conuenit cuilibet contento sub diffinito, vel est insufficiens. Sequela est bona, & antecedens probo. Capiãtur hæ duæ propositiones, homo est animal, & homo currit, in prima, absoluitur copula â tempore, cum stet subiectum pro homine qui est, vel erit, vel potest esse, & in secunda vnit extrema pro præsenti tantum, & in vtraq; ly homo supponit personaliter, ergo concluditur intẽtũ, quod est dare duas ꝓpositionis, vel suppositiones personales, non habentes easdem proprietates, quod videtur inconueniens.

Scdm arg

¶ Secundo arguitur sic. Ex illa diffinitione sequitur vnum falsum, ergo illa est non bene assignata. Sequela est bona, & antecedens probo. Ex data diffinitione sequitur, ꝙ hæc propositio est vera, Homo est equus, quam sic probo. Sua æquiualens est vera, ergo ipsa est vera. Sequela est bona, & antecedens probo. Hæc est sua æquiualens, Quód est, fuit, vel erit, vel potest esse, vel imaginatur esse homo, est equus, hæc est vera, ergo & illa.

Cõfirma.

¶ Confirmatur. Posito casu, quód manè imponatur ista vox homo ad significandum equum, tunc formo talem propositionem. Homo erit equus est vera, similiter ista, homo potest esse equus.

iij. argu.

¶ Tertio arguitur sic. Non omnis terminus supponens respectu prædicati non ponentis differentiam inter superius, & inferius, supponit personaliter, ergo illa diffinitio est insufficiens, Sequela est bona, & antecedens probo. Subiectum huius, albedo est color, supponit, & non materialiter, neq; simpliciter (vt notum est) neq; personaliter, quia neq; ly albedo significat personam, neq; supponit pro persona, & de his possint dari infinita exempla.

iiij. argu.

¶ Quarto arguitur sic: Subiectum huius, ly ens est ens, supponit respectu prædicati conuenientis omni enti, tamen non supponit personaliter, ergo diffinitio insuffiuciẽs. Antecedens probo, quia per illum signum subiectum restringitur ad supponendum materialiter,

4. argum. ¶ Arguitur sic. Contra suppositionem discretam personalē. Datur aliquis terminus communis non discretē tentus, & tamen supponit discretē, ergo diffinitio insufficiens. Sequela est bona & antecedens probo. Sortes, & suum caput: Martinus, & manus eius, seu quæ vis alia eius pars, sunt termini communes, & tamē non possunt supponere nisi discretē, putā pro Sorte & suo capite, & pro Martino, & suis manibus.

Pars 4. ¶ Sequitur quarta pars responsiua.

Ad primū. AD primum quando argu. Illa quæ sunt eiusdem speciei habent easdem proprietates. Distinguo, vel necessarias, & specificas concedo: vt, sicut Sortes est risibilis, ita Ioannes, & FRANCISCVS, & flebilis, corruptibilis, beatificabilis. &c. Vel intelligis habere easdem proprietates accidentales, & sic nego tibi (Si tamen proprietates dici possunt,) non enim sequitur Sortes est similis, vel dissimilis pater. vel filius, ergo IOANNES, & FRANCISCVS: non sequitur. Ad probationem, ambæ sunt propositiones personales, cōcedo, ergo si i vna absoluitur copula à tempore, ergo in alia, nego sequelam, cum absolui, & non absolui, sit differentia accidentalis, quemadmodum hę sunt veræ, Vir est homo, & fœmina est homo, & ambo sunt homines, ergo si vir habet sexum virile, ergo & fœmina, nō valet. ¶ Et si replices, Copula habet equam vim in vtraq; propositione videlicet, vnire extrema, cum connotatione alicuius differentię temporis, ergo si in vna absoluitur, & in alia, & ē contra. Respōdetur, ꝙ copula habet virtutem vnitiuam extremorū. Sed quia ista vnitio aliquando est necessaria, aliquando contigens, absoluitur à connotatione temporis determinati, in necessaria vnitione: putā, homo est animal, homo est rationalis, homo est risibilis, qa prædicatum includitur essentialiter in subiecto, vel saltem entificatur cum subiecto. Exemplum primi, Homo est animal. Exemplum secundi, Homo est risibilis. Sed in vnione accidentali, prædicatum potest adesse, & abesse, præter subiecti corruptionem: vt in ista, Homo est albus. Ratio primi est, quia impossibile est inferius concipi, sine suo superioris cōceptu: vt, Hō,

sine animali, sed bene concipitur homo, sine albedine. Quapropter antiqui posuerunt duplicem suppositionem personalem: naturalem scilicet & accidentalem. Duplex suppō psonalis ab antiqs tradita.

¶ Naturalis est, Acceptio termini pro omnibus his, quibus aptū natū est participari, siue de præsenti, siue de futuro, siue de aliqua differentia temporis, vt homo est animal. Nālis suppositio qd

¶ Accidentalis est, acceptio termini pro omnibus his, pro quib⁹ exigit suum adiunctum, vt, homo currit, homo est albus, homo cucurrit. Accidēta. suppō qd.

¶ Ad secundum: nego sequelam, & consequens. Et ad probationem, sua æquiualens est vera, ergo illa est vera: concedo sequelam. Et ad probationem, nego illam esse suam equiualentem: ratio, quia copula non absoluitur à tempore, nisi in propositionibus veris, & necessarijs, & non in contingentibus, & in possibilibus, quemadmodum est ista, Homo est equus. Ad. ij. ar. Copula quādo absoluatur, à tēpore.

¶ Item dico, q̄ copula absoluta non habet vim ampliatiuam, sed amplum modum vniendi, ex natura rerum vnibilium, neq; se extendit ad copulam de imaginario.

¶ Ad cōfirmationem. Admitto casum. Et ad probationem, Homo erit equus, nego illam: sed concedo istam, Ly homo vocabitur equus. Quia illa vox, quæ in præsenti significat hominē, in futuro significabit equū, & sic erit hęc vera, hoc est homo, demōstrato equo. Et ad vltimam dico illam esse falsam, cum sua cōtradictoria, putā, Omnis homo impossibiliter est equus, sit vera. Si tamen extrema supponant materialiter (retento casu) concedo illam, quia sensus erit, homo possibiliter est equus, equus possibiliter homo, cum ly homo iam per casum significet equum. Ad cōfir.

¶ Ad tertium. Non omnis terminus, &c. Nego antecedēs. Et ad probationem, subiectum huius, Albedo est color, non supponit simpliciter, neq; materialiter, concedo: neq; personaliter, hanc nego. Nō significat personam, neq; supponit pro persona, concedo, ergo non supponit personaliter, nego sequelam. Non enim dicitur terminus supponere personaliter, quia significat personā vel supponit pro persona: sed dicitur supponere personaliter, q̄ supponit, & non materialiter, neq; simpliciter, ergo personaliter. Aliqui nituntur assignare discrimen horum vocabulorum, & dicunt, q̄ suppositio dicitur naturalis, quia sic ut in natura lib⁹, & Ad. iij.

artificialibus materia præcedit formam, ita in his terminis, dicitur materia ipsemet terminus, & forma impositio eius. Si ergo terminus supponat pro seipso, vel sibi similibus, dicitur supponere materialiter, quia pro materiali significato, si autem supponat pro illo, quod ex impositione significat, dicitur supponere personaliter. Sed hæc ratio non est vniuersaliter vera, quia terminus vltimatus mentalis supponit personaliter, tamen non ex impositione.

Ad .iiij. ¶Ad quartum dico, q̃ subiectum illius ꝑpositionis supponit materialiter, & ad id, supponit pro suo significato vltimato, concedo. Sed hoc nõ sufficit ad suppositionem personalem, sed requiritur, q̃ supponat pro suo significato vltimato, & mediante conceptu vltimato, quod non fit in proposito.

Ad quintũ prima responsio. ¶Ad quintum respondetur, q̃ Sortes & quælibet pars eius animata potest dici terminus communis, cum quælibet pars hominis sit homo.

ij. respõs. ¶Secundo dicitur, q̃ iste terminus, Pars quantitatiua Sortis, est terminus communis, cum possit verificari de pluribus partibus quantitatiuis eiusdem Sortis.

iij. respõs. ¶Tertio dicitur, q̃ Sortes & caput eius, non videtur terminus communis, quia de solo Sorte totali, & integrali, verificari potest. Vel dicendum, q̃ ly Sortes significat Sortẽ ex impositione & nullam partem, cum totum distinguatur à suis partibus. Et est ille terminus verificabilis in recto de Sorte, dicendo, hoc est Sortes, sed de partibus Sortis solum in obliquo dicendo, hoc est caput Sortis, hoc est pes Sortis.

¶De pertinentibus ad suppõnem in se, & quæ ad suppositionẽ naturalem, & simplicem, & de alijs, vide Petrum Hispanum, & alios.

¶De suppositione communi, & personali.

Diuiditur suppõ cõis

Communis suppositio: alia determinata: alia confusa.

Determinatè suppõis diffinitio. ¶Determata est acceptio termini communis: communiter tenti, sub quo fieri debet disiunctiuus descẽsus, vt Homo est Deus, tã sub subiecto, q̃ sub ꝑdicato debet fieri descẽsus disiũctiu*

pro quo ponuntur aliquę regulę ad cognoscendum quando terminus supponit determinatè.

¶Subiectum propositionis indefinitæ, cui non præponitur aliquod signum confusiuum, si supponat, supponit determinatè reductiuè, & non propriè: vt, homo est animal, tā subiectum quàm prædicatum supponunt determinatè. Prima regula.

¶Dicitur notanter. Cui præponitur signum confusiuum, propter subiecta harum propositionū, tantum homo est animal, omnem equum vidit homo, quia licet sint propositiones indefinitę tam ly homo subiectum primę, quam ly homo videns, quod est subiectum secundę, supponunt confusè tantum, & non determinatè, propter signum confusiuum precedens, & similiter subiectum huius. a. Homo non est homo (licet sit indefinita) supponit confusè tantum propter ly. a. quod est signum confusionis.

¶Dicitur notanter, reductiuè, quia terminus importat sua significata indisiunctim, idest, significat sua significata, sine coniunctione copulatiua, copulata: disiunctiua, & disiuncta: nisi limitetur per aliquod signum intellectus, ad capiendū ipsum terminū particulariter: vt, Aliquis homo est animal.

¶Secunda regula. Subiectum propositionis particularis supponit determinatè propriè, vt Aliquis homo est animal. Scda regu.

Dubia.

¶Sed dubitatur, quid sit descendere sub termino disiunctiuè. j. dubium

¶Secundo dubitatur, cur dicuntur subiecta particularis propositionis, & indefinitæ supponere determinatè: cum dicatur supponere vnum reductiuè, & aliud propriè, & non reductiuè? ij. dubium

¶Tertio dubitatur, an omne subiectum propositionis indefinitę similiter, & particularis semper supponant determinatè? iij. dubiū.

¶Ad primum respondetur, q̄ descendere disiunctiuè, est inferre vnam disiunctiuam, compositam ex aliquibus particularib⁹, seu inferioribus contentis sub termino supponente communiter determinatè, vt Hō currit, ergo iste homo currit, vel iste homo currit, & sic de alijs, ergo homo currit. Ad primū dubium. Descēdere disiūctiꝫ. qd

¶Ad secundum. Respondetur, q̄ dicuntur supponere determinate, quia ambæ suppositiones habent easdem caussas veritatis: vt, Aliquod animal est substantia, & animal est substantia habent vnam & eandem caussam veritatis, hoc est quod vna Ad. ij. du.

singularis sit vera: videlicet hoc animal est substantia, tum etiam quia quicquid repugnat vni, & alteri. Vnde contradictoria illarum propositionum hec est, Nullum animal est substantia, quae repugnat tam primae, quàm secundae in veritate, & falsitate simul.

Ad.iij.du. ¶ Ad tertium respondetur, q̄ non: vt patet, quia istę, Tantum animal est homo. Omnem creaturam conspicit Deus. Et â, homo est animal, sunt propositiones indefinitę, tamen subiecta earū non supponunt determinatè, sed confusè tantum.

¶ Sequitur de suppositione confusa tantum.

PRo qua ponuntur regulae: sed ante assignationem regularum operae pretium et it scire, quid sit suppositio confusa, de qua talis datur descriptio.

Diffinitio suppōis cō fusę tantū ¶ Suppositio confusa, est acceptio termini in ꝓpositione, sub quo debet fieri descensus disiunctus, vel copulatus, de quorum differentia statim patebit.

Prima regula. ¶ Praedicatū ꝓpositionis vniuersalis affirmatiuè, supponit cōfusè tm̄: vt, ly bonum, in hac ꝓpositione, Oia appetunt bonum, & ly animal, in hac, Omnis homo est animal.

ij.Regula. ¶ Subiectum propositionis exponibilis gratia alietatis, supponit confusè tantum, vt ly animal ibi, tantum animal est homo, & ly Deus ibi, tantum Deus est bonus.

iij.regula ¶ Praedicatum propositionis exclusiuè exponibilis gratia pluralitatis supponit confusè tantum copulatim, & subiectum supponit determinatè, vt, Tantū quinq; sunt praedicabilia, Tantum decem sunt praedicamenta, Tantum decem sunt praecepta Diuina, subiecta harum trium propositionum, supponunt determinatè, & praedicata confusè tantum copulatim.

iiij.regu. ¶ Terminus communis communiter tentus sequens dictionē importantem actum animae interiorem, tectus â tali dictione in quam transijt actus, supponit confusè tantum: vt, diligo Deum, cognosco venientem.

v. regula. ¶ Terminus communis communiter tentus sequens copulatum cuiuscunq; praedicamēti, explicitum, vel implicitum dum modo, Et, teneatur diuisiuè, supponit cōfusè tantum, vt, ly animal, Hō & asinus

& asinus est animal. Et ly missam, Bis cantaui missam. Ter bibi vinum. Parisius, & Romæ venditur piper, tam ly missam, quàm ly vinum, quàm ly piper confusé tantum supponunt.

¶ Sexta regula. Terminus cōis cui additur ly, a, supponit cōfusé tantū secundum vsum logicorum: vt, a, homo, non est animal. vj. regula.

¶ Septima regula. Trs cōmunis rect⁹ à Promitto, Obligor, Requiritur, supponit cōfusè tātū. vt, Promitto tibi equū. Obligor dicere rem diuinam, ad equitandum requiritur equus. vij. regula

¶ Sed pro declaratione, supradictæ suppositionis, atq; sequentis veniunt aliqua notanda. Notanda.

¶ Primum. Quid sit descendere disiunctim, & copulatim. Primū no.

¶ Secundum, quod erat declarandū est. Quando descenditur copulatim, & quando disiunctim. ij. notādū.

¶ Ad primum respondetur, quòd descendere disiunctim, est inferre vnam cathegoricam disiunctam compositam, ex singularibus illius termini sub quo fit descensus: vt, Omnis homo est animal, sub illo termino animal, descenditur sic. Ista animalia sunt omnia animalia, ergo omnis homo est hoc animal, vel hoc, vel hoc, & sic de aliis, ergo omnis homo est animal. Ad primū Descēdere disiūctī qd

¶ Descendere copulatim est, inferre vnam cathegoricam copulatā cōpositam ex singularibus illi⁹ termini sub quo descenditur vt, Oēs Apostoli Dei sunt duodecī, sic descēditur copulatī. Ergo isti apostoli Dei, & isti apostoli Dei, & sic de aliis sunt duodecī. Descēdere copula. qd

¶ Ad secundum respondetur, q̄ cōmuniter descenditur disiūctī sub trō stātc confusé tantum, exceptis tantum tribus casibus. Ad. ij.

¶ Quorum primus est, quādo terminus sequitur duo signa, quorum primum est negatiuum, secundum affirmatiuum: vt, Nullū caput habet omnis homo. Sub ly homo descenditur copulatim tantum, sic, Nullum caput habet omnis homo, ergo nullū caput habet iste, & iste, & iste, & iste homo, & sic de aliis: quæ descensa est vera: vt patet, per falsitatem suæ contradictoriæ, quæ est hec, Aliquod caput habet iste, & iste, & iste, & iste homo. Et similiter ista est falsa B. caput habet omnis homo. Pro quo nota, q̄ in ista ꝓpositione, nullū caput hābet oīs hō, & similib⁹ æqualenter, sunt tria signa vniuersalia, equipolet enī huic, oē caput nō habet oīs homo, & quia ly nō, & ly oīs cadētia super ly homo, se impediūt remanet ille terminus homo, cōfusé tātum ratione de ly omne. Prim⁹ cas⁹ Quādo est descēsus copulatus.

Scds casus ¶Secundus casus propter quem fit descensus copulatus, & non disiunctus est, quando terminus sequitur signũ collectiuum collectiuè tentum: vt, Omnes apostoli Dei sunt duodecim, oia pręcepta moralia sunt decem.

Terti⁹ ca. ¶Prædictis additur tertius casus. Nam fit descensus copulatus, & non disiunctus, sub termino, qui est prædicatũ propositionis, exclusiuæ, affirmatiue, & exponibilis gratia pluralitatis: vt, tantum decem sunt prædicamenta, sub ly prædicamenta, fit descensus copulatus.

¶Item regula generalis est, ꝙ quando cadunt duo signa paria, & distributiua super eundem terminum, quorum quodlibet, remoto reliquo, potest ipsum terminum distribuere, talis terminus supponit confusè tantum, vel determinatè.

¶Dicitur notanter paria: vt, non omnis homo currit, ly homo non distribuitur, sed ly currit bene, vel currens: quia in primo se impediunt ly omnis, & ly non, sed supra prædicatum illa negatio Non, habet par impediens.

¶Dicitur notãter paria, quia si signa sunt imparia non se impediunt: vt, Non vllus hõ non est animal, ly animal distribuitur.

¶Dicitur etiam notanter, super eundem terminum, quia aliàs non valet: vnde ly animal, distribuitur ibi, Omnis homo est oẽ animal. Sed ad sciendum quando supponit talis terminus confusè tantum, & quando determinatè, nota, ꝙ si talia signa ponũtur in propositione indefinita particulari, vel discreta: vt plurimũ supponit talis terminus determinatè: vt, homo non est ois homo, Aliquis homo non est omnis homo, Sortes non est ois homo. Ly homo existens prædicatum harum propositionum, supponit determinatè, sed si terminus supra quem cadunt duo signa est in propositione vniuersali, supponit cõfusè tantũ: vt, Nullus homo est oẽ animal, & Omnis homo non est quodlibet aial.

Nota.

¶Aliqui tenent hanc regulam esse veram dum modo signũ nõ sit restrictionis, & distributionis simul, quia aliàs non oporteret vt, Nullum animal videns omnem hominem currit, ibi ly hominem distribuitur, quia ly omnem restringit videns & distribuit ly hominem.

¶Nota (vltra dicta quę tenet Ioãnes maioris) illã ꝓpositionẽ esse vniuersalẽ, cuius subiectum distribuitur, & prædicatum non fiat

determinaté vel discreté, vt Omnis homo est animal, & ois homo est omne animal, sed hæ non sunt vniuersales, Omnis homo est.b.animal, Omnis homo est Sortes.

¶Similiter, Omnis homo differt ab omni asino. Et omnis musca est fortior omni leone. Hæ propositiones secundum illum non dicuntur vniuersales.

¶Et nota commune dictum, q non est verius cõtradicere, quàm toti propositioni apponere negationem. Ratio, quia determinatio vnica (vt fertur cõmuniter) debet capi eodem modo, in vtraq; contradictoriarum, idest, si in vna supponit determinaté, & in alia, & si distributiué, similiter in alia, vt homo non differt ab asino, ly asino distribuitur, quia ita in affirmatiua distribuebatur. Vide licet in ista, Oms homo differt ab asino, & ita in aliis vni cé acceptis. Sed si sunt plura signa non sic se habentia vnica acceptione, aspiciendum est vbi est paucitas signorum, vt, homo non est animal, ly animal distribuitur in ordine ad terminũ stantem determinaté, ergo in ista, Non homo non est animal, ly animal confunditur per regulam contradictoriarum quę dicit omnem particularitatem vnius debere esse vniuersalitatem alteri', & é contra.

¶Sequitur de suppositione confusa & distributiua.

PRimo notãdum est quid sit suppositio cõfusa & distributiua. Pri. notã.
¶Secũdo. Quãdo trs suppõit cõfusé, & distributiué, & qñ nõ. Scdm nof.
¶Ad primum. Dicitur q suppositio confusa, & distributiua Ad primũ
est, acceptio termini in propositione communis, cõmuniter ten Suppõ cõ
ti, sub quo licité fit descensus copulatiuus. fusa quid.
¶Vnde descendere copulatiué est inferre vnam copulatiuam cõ Descẽdere
positam, ex omnibus inferioribus illius termini, sub quo descẽ copulati-
ditur. vt, Omnis homo est animal, & isti homines sunt omnes ho uè quid.
mines, ergo iste homo est animal, & iste homo est animal, & sic de singulis, ergo omnis homo est animal.

¶Ad secundum. Respondetur ponẽdo regulas, quibus dignosci Ad.ij. nos
potest quando trs supponit confusé, & distributiué, & quãdo nõ.

Prima re. ¶Prima. Omnis terminus cõmunis cõmuniter tentus, sequẽs immediate signum vniuersale affirmatiuum, supponit confuse & distributiuè: vt, Omne meritum est præmiabile. Dicitur notãter immediatè, quia si sequeretur mediatè, supponeret confusè tãtũ & non distributiuè: vt, Omni tempore fuit mundus: ly mundus supponit confusè tãtũ, & non confusè, & distributiuè. Et ly Deus cõsimiliter, ab æterno fuit Deus. Dicitur etiam notãter vniuersale, quia particulare non distribuit: vt, Aliquod animal currit.

ij. regula. ¶Secũda. Quilibet terminus cõmunis cõmuniter tentus, seqũs negationem negãtem & aduerbialem, tam in propositione cathegorica, q̃ȝ hypothetica, dum modo vis illius negationis feratur super illum terminum, supponit confusè & distributiuè: vt, non homo est animal, tam ly homo, quàm ly animal, distribuitur, similiter hic, in hac hypothetica, non homo est animal, & Deus est ens, tam ly Deus, quàm ly ens, distribuitur. Sensus primę est, Non homo est animal, id est, Omnis homo non est animal. Sẽsus secundæ est, Non homo est animal & Deus est ens, id est, Omnis homo non est animal, & omnis Deus non est ens. Si ly Et, negatum æquipolleat hic, vel non, non curo in præsentiarum.

iij. regula. ¶Terminus sequens negationem infinitantem immediate supponit confusè, & distributiuè: vt, Non homo est animal, solum ly homo distribuitur, & non ly animal.

iiij. regula ¶Tẽs cõis cõmuniter tentus in propositione, sequens negationẽ nominalẽ, existẽs in eadẽ cathegorica, supponit confusè & distributiuè, siue seq̃tur mediatè, siue imediatè: vt, Nullus hõ est equus tam ly homo, quàm ly equus, supponit confusè & distributiuè.

v. regula, ¶Omnis terminus communis cõmuniter tẽtus, seq̃ẽs cõparatiuum, vel superlatiuum, cõparatiuè, vel superlatiuè tentum, rectè à tali cõparatiuo, vel superlatiuo, ex vi comparationis nõ impeditus supponit confusè & distributiuè: vt, Musca est fortior aliquo animali, ly animali, supponit confusè, & distributiuè, & est falsa propositio, vbi illa est vera, Musca est fortior omni animali.

vj. regula ¶Terminus communis cõmuniter tentus, sequens dictionem importantem negationem explicitam, vel implicitam, diuersitatem, alietatem, supponit confusè & distributiuè: vt, Ignoro lectionem, Nescio dominum, Egeo salute. Sortes differt à lapide. Plato est aliud ab equo.

¶Prædicatũ propositionis affirmatiuæ exclusiuę, supponit distributiuè: vt, Tantum animal est homo, ly homo distribuitur. vij. regula

¶Terminus sequens per modum casualẽ immediate has dictiones, Extra, & Sine, supponit cõfusé & distributiuè: vt, Sortes est extra cãpum. Sortes est sine pede, tam ly campum, q̃ȝ ly pede, distribuuntur. viij. regu

¶Omne signum vniuersale, siue affirmatiuum, siue negatiuum, existens pars extremi distribuit terminum immediatè sequentẽ: vt, Petrus videns omnem hominem currit, ly hominem distribuitur, sed non currit, vel cursus. ix Regula

¶Decima. Omnis terminus communis communiter tentus, sequens aduerbia similitudinis: vt, Sic, Sicut, & Ita, supponit cõfusé & distributiuè. vt, Sortes est ita albus sicut cignus. x. Regul.

¶Vndecima. Omne aggregatum ex recto, & obliquo, sequẽs immediaté signum vniuersale affirmatiuum, non præcedente obliquo, supponit confusé, & distributiuè: vt, Quilibet asinus hominis currit, ly asinus hominis, supponit confusé, & distributiuè (vt omnes asseruut) sed de ly hominis dissentiuut inter se, quia aliq dicunt, q licet totum aggregatum supponat confusè, & distributiué, ly hominis supponit confusé tantum per se. Alij vero concedunt totum aggregatum, & quamlibet partem aggregati supponere confusé, & distributiué, sed in hoc differuut, quia quidã dicunt, q tam ly asinus quâm ly hominis supponuut simpliciter, hoc est, q asinus supponit pro quolibet asino, siue possesso ab homine, siue nõ, & hominis accipitur pro quolibet homine habente asinum, & non habente similiter, ita q est sensus, Quilibet asinus cuiuslibet hominis. &c̃. Alij autem tenent, q restriuguntur ab inuicem, cum asinus stet pro omni asino possesso ab homine, & non pro alijs, & hominis accipiatur pro quolibet homine possidente asinum, & non pro alijs. xj. Regu.

¶Sequitur pars argumentatiua contra regulas datas, vt notior fiat materia suppositionum. Pars argu.

Primũ. argumen. ¶ Primo contra primam, arguitur sic. Nõ omne prædicatũ propositionis vniuersalis affirmatiuæ supponit confusè tantũ, ergo regula falsa. Sequela, est bona, & antecedens probo. Hæc propositio est falsa, (vt statim probabo) Omne prædicatum propositionis vniuersalis affirmatiuæ supponit confusè tantum, ergo illa est falsa, cum sint contradictoriæ. Falsitatem illius probo. Prædicata harũ propositionum sunt, Vniuersalis affirmatiuę, & tamẽ non supponunt confusè tantum, ergo intẽtum. Omnis persona diuina est hic Deus. Similiter omnis homo est. b. album. Similiter omnis homo est Sortes.

Scdm arg. ¶ Secundo arguitur sic, contra secundam. Aliquod subiectum exclusiuæ affirmatiuæ, non supponit confusè tantum, ergo secunda regula non est vniuersaliter vera. Sequela est bona, & antecedens probo. Tantum omne animal est homo, ly animal, est subiectum propositionis exclusiuę, tamen non supponit confusè tantum, (vt notum est) ergo intentum.

¶ Confirmatur. Tantum Sortes est bonus, ly Sortes, est subiectũ tamen nec confunditur, nec distribuitur cum sit terminus singularis, ergo regula non est vera.

iij. argu. ¶ Tertio argu. sic contra quartam regulam. Si regula illa esset vera, ex vero sequeretur falsum, sed ex vero non sequitur falsum, ergo regula illa non est vera. Tenet vltima cõsequentia à destructione consequentis, ad destructionem antecedẽtis, sed primam probo. Bene sequitur, cognosco venientem, ergo conosco omnem venientẽ. Sequelam probo. Quia bene sequitur. Promitto equũ, ergo promitto omnẽ equũ: ratio, quia actus animę importatus per tales dictiones, vniuersaliter cadũt super terminũ rectũ sequentẽ abeis, sub speciali ratione veniẽtis, vel promissi. &c̃.

iiij. argu. ¶ Quarto arguitur sic, contra regulam quintam. Si quinta regula haberet aliquid veritatis, duæ contradictoriæ essent simul veræ, sed consequens est impossibile, ergo & regula parum, vel nihil veritatis videtur habere. Antecedens probo, per te hę sunt vere, Homo et asin' e st animal, Bis cantaui missam, Terbibi vinum, Parisius & Romæ venditur piper. Contradictoria primæ hęc est, Nihil existens Sortes, & asinus est animal, cum sit negatiua cuius subiectum pro nullo supponit. Cõtradictoria secundæ videtur ista, Non bis cantaui missam quæ est vera. Cõtradictoria

tertiæ, est ista, Non ter bibi vinum, quæ est vera, cum nullum vinum sit à me ter bibitum. Contradictoria quartę est ista, Nō parisius, & Romę venditur piper, quæ est vera (vt patet per suā contradictoriam,) Aliquod piper vēditur Parisius & Romæ, quę est falsa. Item conuertentes illarum conuersarum sunt falsæ (vt patet) Hæc est falsa, Aliquod animal est Sortes & asinus, quę est cō uertēs primę, ergo & illa cōuersa. Similiter, missam biscātaui. Similr, aliq̄d vinū bibi ter. Similr, piper vēditur Parisi⁹ & Romæ.

¶ Arguitur generaliter contra diuisionem suppositionis, in communem & determinatam.

Primo sic. Subiectū huius, Hęc herba crescit in horto meo supponit, & nō discretè, neq; cōmuniter, ergo diuisio illa nulla. Seqla est bona, & antecedēs probo. Nō cōmuniter, quia singularizatur per ly hæc. Nec discretè, quia tunc esset ꝓpositio falsa, cum sit affirmatiua cui⁹ extrema nō supponūt pro eodē, posito casu, quòd hęc ostensio fiat in horto Sortis, & in horto meo sit alia herba eiusdem speciei, cum ista ostensa Sortis. Primū ar.

¶ Secūdo argu. sic. Subiectū huius, Nō oīs homo est animal nō videtur quō supponit, quia non cōmuniter cum ly nō, & oīs se impediūt: neq; discretè (vt notum est) neq; determinatè, quia determinaretur, vel ab ambobus signis, quòd non videtur, nec ab vno qa confunderetur, neq; à se ipso, cum nihil agat in seipsum. Scdm arg.

¶ Tertio arguitur sic, extrema huius, Instās est instās, nō possent verificari de eo pro quo supponunt, ergo diffinitio suppositionis atq; diuisio videtur insufficiens. Sequela est bona, & aňs probo, quia si verificarentur, extrema esset in tempore, dicendo sic, Hoc est instans de subiecto, & secundo, Hoc est instans de prædicato, tunc sic verificantur: in eodem tempore supponunt pro eodem sed nullum instans est immediatum alteri, quod est incōueniēs in philosophia. iij. argum.

¶ Quarto arguitur sic, Subiectū huius, oīs hō & Sortes ē animal, supponit posita existētia Sortis, & quòd ly omnis feratur supra totum copulatum, tamen non videtur quę suppositio sit, vel cōis iiij. argu.

an discreta. Et quod non sit communis apparet, quia ly Sortes est terminus discretus. Quod non sit discreta videtur, cum ly homo sit terminus communis, communiter tentus. Et si dicatur, quod est mixta, hoc est communis, & discreta, sequeretur quod suppositio communis, & discreta: non distinguerentur specie, quod est inconueniens.

Pars rñsi. ¶ Sequitur pars responsiua.

Ad.j.arg. Ad primum, de prædicato vniuersalis affirmatiuę. Respondeo quód est duplex modus dicendi. Primus tenet, quód nulla propositio est vniuersalis affirmatiua, cuius prædicatum stat discretè, vel determinatè, & hoc tenet Ioannes Maioris, & sic concedo (sustentando hunc modum dicendi) illam esse verã, Non omne prædicatum vniuersalis affirmatiuæ supponit confusè tantum. Alius est modus respondendi, quód ad vniuersalitatem propositiõis requiritur, & sufficit quód subiectum, vel pars principalis eius distribuatur. Et sic propositiones assignatę erũt vniuersales. Et si quis arguat, hæc responsio est insufficiens, quod probo sic. Omnis homo est omne animal, est propositio vniuersalis affirmatiua, & tamen prædicatum non supponit confusè tantum, ergo regula insufficiens. Respondeo quód signum vniuersale non est apponendũ consequenti sed antecedenti (vt ait philosophus in primo priorum) Id est. Prædicato non est addendũ signum vniuersale, sed subiecto tantum.

Ad. ij. ¶ Ad secundum. Respondetur, quód subiectum exclusiuæ affirmatiuę supponit confusè tantum, dum modo non impediatur, & subiectum sit terminus communis communiter tẽtus. Propter primum, subiectum huius, Tantum omne animal est homo, supponit confusè & distributiuè, quia ly tantum impeditur à ly omne. Propter secundum, Ly Sortes non confunditur cum sit terminus discretus.

Ad. iij. ¶ Ad tertium. Si illa regula esset vera, ex vero sequeretur falsum, nego antecedens. Et ad probationem, Cognosco venientẽ ergo cognosco omnem venientem, concedo sequelam, & hanc similiter, Cognosco veniẽtem, & omnẽ venientem cognosco.

Similiter, Promitto equum & omnem equum promitto, de quo melius patebit in materia, ascensus & descensus.
¶ Ad quartum. Si illa regula esset vera, sequeretur quòd duę cō tradictoriæ essent verę, nego sequelam. Et ad probationem dico quòd illæ propositiones sunt veræ, & prædicata supponunt con fuse tantum copulatim, dummodo ly Et, teneatur diuisiuè, & contradictoriæ illarum sunt falsę, putà, Non Sortes & asinus est animal, cuius sensus est, Sortes non est animal, vel asin' nō est ani mal, quæ propositio est falsa, & illa est vera, Sortes & asinus est animal, cuius sensus est, Sortes est animal, & asinus est animal. Similiter contradictoria secundæ, est falsa, videlicet, Non vna vi ce cantaui missam, neq; altera vice cantaui missam. Contradi- ctoria etiā tertię, est falsa: videlicet, non Parisius, & Romæ vendi tur piper. Cuius sensus est, Parisius non venditur piper, vel Ro- mæ non venditur piper, cuius vtraq; pars est falsa. Et ad conuer- tentes respondeo, q̄ datæ propositiones non sunt suæ conuer- tentes, sed conuertens primæ est hæc. A. animal est Sortes & asi- nus: vel saltem hæc, Animal est Sortes vel asinus. Conuertens secundæ est hæc. A. missam bis cantaui: vel hæc, Missam vna vi- ce vel altera cantaui. Conuertens tertię est hęc, A. piper venditur Parisius, & Romę, vel hæc, Piper venditur Parisius vel Romæ. Pro quo notandum est, q̄ dictio importans multitudinem co- pulatiuè, debet eam importare in sua conuertente disiunctiuè. Se cundo dicitur quòd ista, Nullum piper venditur Parisius & Ro- mæ, & Parisius & Romæ venditur piper, non sunt contradicto- riæ, sed ambæ veræ, & si quęratur quæ differētia est inter has du as, Nullum piper venditur Parisius & Romæ, & Non Parisius & Romę venditur piper, cum in vtraq; piper distribuatur. Res- pondeo, quód in prima, piper distribuitur distributione com- pleta, & perfecta, & in secunda, ly Parisius distribuitur distribu- tione incompleta, & imperfecta. Vnde ille terminus distribui- tur completé, & perfecté. Quòd si signum ratione cuius distri- buitur remoueatur, terminus manet determinaté: vt, Nullum equum tibi promitto: remoueatur ly Nullum, manebit, Equum non promitto tibi, sub quo potest fieri descensus disiunctiuus. Sed ille terminus dicitur supponere confusé, & distributiué, in- completé, & imperfecté, qui remoto signo ratione cuius distri-

buebatur manet confusè tantum, vt non promitto tibi equum, non Parisius & Romæ venditur piper, remoto ly non, tam ly equum quàm ly piper, remanent confusè tantum.

Nota. Descẽsus mixt⁹ sub quo debeat fieri.

❡ Nota, q̃ sub termino supponente confusè, & distributiuè, incõpletè, & imperfectè, debet fieri descensus mixtus, qui fit partim copulatiuè partim disiunctiuè: vt, Non bis bibi vinum, ergo nõ bis bibi hoc vinum, & non bis bibi hoc vinum, & sic de alijs. Non bis cantaui missam, ergo non bis cantaui hanc missam & nõ bis cantaui hanc missam, vel hanc missam. Similiter non Parisius & Romę venditur piper, ergo non Parisius & Romæ venditur hoc piper, & hoc piper, vel hoc piper. Non promitto tibi equũ, ergo non promitto tibi hunc equum, & non promitto tibi hũc equum, vel hunc equum, & sic de alijs. Et talis descensus mixtus dicitur fieri, quando terminus supponit confusè tantum, ratione signi specialis confusiui: vt, sunt, Promitto, Requiritur, Debeo, & ly Et diuisiuè tentum. In aduerbijs numeralibus: vt, Bis, Ter, Quater. & c̃. Et vniuersaliter, verba, vel participia importantia actũ animę interiorem: vt, Appeto vinum. Diligo cibum. Opto beatitudinem, & sic de alijs.

Signa speciãlia cõfusionis.

Ad primũ ❡ Ad primum argumentum generale. Hæc herba crescit in horto meo. & cætera. Supponit, tamen non communiter nec discretè, concedo maiorem, & nego minorem. Et ad probationem, nõ supponit discretè, nego. Immo dico, q̃ supponit discretè, & de rigore est falsa, cum subiectum, & prædicatum non supponant pro eodem, nisi velis dicere, q̃ ly hæc herba, est singulare, naturę specificę, & non indiuiduæ.

Ad. ij. ❡ Ad secundum respondetur, q̃ ly homo supponit determinatè nõ à signo, vel signis, sed seipso supponit determinatè. Et ad probationem nihil agit in seipso, cum agens, & patiens distinguantur. Respondeo, q̃ immo aqua agit in seipsam, producendo frigiditatẽ. Et ignis in seipsum, producendo caliditatem. Vnde quilibet terminus communis communiter tentus, non confusus nec q̃ distributiuus seipso supponit determinatè, ex quo infertur quòd ly animal in hac propositione, Omnis homo est. b. animal, seipso supponit determinatè & non determinatura ly. b. sed solum impedit ne ly animal confundatur a ly omnis.

¶Pro complemẽto huius materiæ nota, quòd aliqua signa sunt vniuersalia, & affirmatiua: vt Omnis, Singulus, Cunctus, Quotus, Quicunque, Quilibet, Quantuslibet, Toties. Nota. Signa vniuersalia affirmatiua

¶Alia sunt negatiua: vt, Non, Nullum, Nec, Nemo, Haud, Minimè. Negatiua.

¶Alia sunt partim vniuersalia, partim particularia: vt, Vterque, Alter, Neuter, Omne, si summatur pro generibus singulorum. Sig. pti vniuersalia pti partic.

¶Alia partim sunt negatiua, partim affirmatiua: vt, Contingenter, Tantum, Præter, & omnia signa exponibilia, quarum propositiones exponuntur per vnam copulatiuam. Parti negatiua pti affirmati.

¶Alia sunt signa particularia: vt, Quid, Quispiam, Aliquis, et cetera.

¶Alia dicuntur signa confusiua tantum: vt, aduerbia numeralia (vt supra dictum est, Promitto, Obligor, Requiritur, Et sua participia, & verba importantia actum animæ interiorẽ, & sua participia, & ly Et, tent um diuisiuè. Cõfusiua.

¶Ad tertium argumentum generale respondetur, quod ista est vera, Instãs est instãs, & extrema supponunt communiter, & verificãtur successiuè in tẽpore habito, non tamen sequitur, quod sint in media ta inter se quia inter quæcunque instãtia mediat infinitum tempus. Ad.iij. ar.

¶Ad quartum Respondetur ponendo propositiones. Ad.iiij ar.

¶Prima. Si ly omnis fertur in totum copulatum, totum supponit communiter pro omni re, quæ est homo & Sortes. Prima .p.

¶Secunda propositio. Illud copulatum solum distribuitur in numero singulari, & non plurali. Ratio, quia signum est numeri singularis. ij. propo.

¶Tertia. Copulatum sic acceptum, capitur vnica acceptione. iij. propo

¶Quarta. Si ly omnis feratur supra primam partem copulati, & non supra secundam, est suppositio mixta, partim communis, partim singularis, partim discreta. iiij. ppo.

¶Sequitur de materia Ascensus. & descensus.

De ascensu,& descensu.

Prim'arti
Secũ.arti.
Tertius.

Materiam ascensus,& descensus aggressuri tres articulos,more solito,constituemus.
¶Primus diffinitionem eius assignabit.
¶Secundus diuisionem multiplicem declarabit.
¶Tertius articulus erit regulatiuus,quo manifestabitur qualiter sit ascendendum, & descendendum sub quolibet termino.

¶De descensu.

Ad primũ articulũ. Descẽ. qd

QVò ad primum,descensus sic diffinitur. Descensus argutiuus est consequentia formalis,in qua arguitur à termino supponente cõmuniter ad eius inferiora in supponẽdo,virtute suppositionis: cæteris tamen terminis sub quibus nõ fit descensus,tam cathegoreumaticis,quàm syncathegoreumaticis non variatis.

¶Cuius intellectus sic aperitur. Descensus arguitiuus est diffinitum. Consequentia,est genus,vel ponitur loco generis. Formalis,ponitur ad differentiam consequentiæ materialis. A termino supponente cõmuniter,ad differentiam terminorum non supponentium,vel supponentium discretẽ,qui non habent inferiora. Virtute suppositionis,secundum q̃ suppositio cõmunis variatur indeterminatam,& confusam. Cæteris terminis manentibus sub quibus nõ fit descensus,quò ad significationem in ordine ad verificationem,licet aliter supponant in descendentibus,quàm in descensa,sed non pro aliis.

Primum notandũ. ¶Primum,pro maiori declaratione notandum est, quid sit consequentia.

ij. notãdũ. ¶Secundum,quotuplex sit consequentia.

Ad primũ notandũ. ¶Ad primum dicitur,q̃ consequentia est, habitudo antecedentis ad consequens,manente eadem acceptione terminorum, vt Si homo currit,homo mouetur.

Prima diffi. cõseq. ¶Vel sic diffinitur. Consequentia est oratio ex qua denotatur aliquid sequi,vel non sequi. Exemplum primi. Homo est,ergo animal est. Exemplum secundi. Homo est,ergo lapis est.

ij. diffini.

iij. diffini. ¶Vel sic diffinitur. Consequentia est propositio cõposita ex con-

sequenti,& antecedenti ,& nota illationis : vt Homo est animal ergo homo est substãtia. Homo est animal, est ãtecedens, Ly ergo est nota illationis. Homo est substantia est consequens.

¶ Ad secundum dicitur quod duplex est consequentia, scilicet materialis,& formalis. Ad.ij. duplex cõse.

¶ Materialis est sic bona, quod non quęlibet sibi similis in forma est bona: vt Homo est, ergo animal est. Equus est, ergo color est. Secunda est similis in forma primæ, sed non est bona sicut prima. Diffini.cõse.mate.

¶ Consequentia formalis est consequentia, quæ sic est bona, quod quęlibet sibi similis in forma est bona: vt, Omnis homo est rationalis. Omne risibile est homo, ergo Omne risibile est rationale. Diffi. consequẽ. formalis.

¶ Vnde sex sunt quæ se tenẽt ex parte formæ consequẽtiæ, videlicet, Qualitas, hoc est, affirmatio, vel negatio ppositionis. Quantitas, Copula, Numerus terminorũ, Situs, Ordo, Numerus syncathegoreumatum,& etiã Ampliatio,& Appellatio,& aliæ proprietates logicales. Ex parte cõsequẽ. se tenet. sex.

¶ Ex quo infertur hanc consequentiam non esse eiusdem formę. Omnis homo currit, ergo Sortes si est currit,& Plato si est currit, & hæc, Omnis homo currit, ergo Gullielmus si est currit, & fabelus si est currit. Quia in prima sunt pauciores termini quàm in secunda,

¶ Ex supradictis etiam infertur, quod iste non est descensus, Isti homines currunt, ergo iste homo currit,& iste homo currit,& iste homo currit, cũ subiectum primæ supponat discretè.

¶ Nota etiam, quod dicitur fieri descensus à superiori in supponẽdo, & non in significando. Quia terminus vbicunq; significat sua significata, sed nõ semper pro eis supponit: vt, ly homo significat Adam,& Antichristum, sed non supponit pro eis: vt in hac, Omnis homo currit, vbi non supponit pro Adã, licet eum significet

¶ Sequitur secunda pars quę dicitur diuisiua.

Descensus: alius dicitur diuisiuus: alius mixtus: alius argutiuus. Diuisi.

¶ Diuisiu9 est, qui fit per diuisionẽ: vt, Animal iñ, aliud rationale: Diffi.descẽ.diui.

aliud irrationale. Subståtia, alia est corporea: alia incorporea.

Descens' mixt' qd. ¶ Mixtus est qui componitur ex disiunctiuo, & copulatiuo, vel ex alijs simplicibus. Exempli gratia, omnis homo est animal ergo iste homo est animal, & iste homo est animal, vel iste homo est animal, vel ex disiuncto, & copulato: vt, non promitto tibi equũ, ergo non promitto tibi istum equũ, & istum vel istũ, &c.

Descensus mixt' sub quo debeat fieri. ¶ Pro quo nota iterum, q iste mixtus descensus à ponentibus eum, fit sub termino supponente confusè, & distributiuè, distributione incompleta, & imperfecta, quæ est quando sic se habet terminus supponens distributiuè, imperfectè, & incompletè, q remoto signo, ratione cuius terminus supponebat confusè, & distributiuè, remanet confusè tantum: vt, Ad equitandum non requiritur equus, remoto ly non, equus remanet confusè tantum, similiter ly equum, non promitto tibi equum, sub tali termino supponente confusè, & distributiuè, incompletè, & imperfectè fit descensus mixtus, vt supra patuit.

Distribu. pfecta, & cõpleta. ¶ Sed distributio completa, & perfecta est, quando remoto signo ratione cuius supponebat confusè & distributiuè, talis terminus remanet determinatè: vt, Omnis homo est animal, ly homo supponit confusè, & distributiuè, completè, & perfectè, quia remoto ly omnis, ly homo remanet determinatè: vt, in ista, homo est animal.

Diuisio dſcẽſ argu. ¶ Descensus arguitiuus alius dicitur copulatiuus, alius copulatus alius disiunctiuus, alius disiunctus.

Descẽ. copulati. qd. ¶ Copulatiuus sic discribitur. Descensus copulatiuus est, quo in descendendo infertur vna hypothetica propositio copulatiua composita ex omnibus singularibus illius termini, virtute cuius descẽditur: vt, Quelibet virtus theologalis habet Deum pro obiecto, ergo ista virtus theologalis: putà, fides, habet Deum pro obiecto, & ista virtus theologalis, putà spes, habet Deum pro obiecto, & ista virt' theologalis, putà charitas, habet Deum pro obiecto, & nõ sunt plures virtutes theologicæ, ergo Omnis virtus theologalis habet Deum pro obiecto.

Copulat' quid. ¶ Descensus copulatus est, quando in descendendo infertur vna propositio cathegorica composita ex omnibus singularibus illi' termini sub quo descenditur: vt, Nullum occulum habet omnis homo, ergo nullum occulum habet iste homo, & iste homo, &

¶ Descensus disiunctiuus est, quando in descendendo infertur vna propositio hypothetica, disiunctiua, composita ex aliquibus singularibus illius termini sub quo descenditur: vt, Homo currit, & isti homines sunt omnes homines, ergo iste homo currit, vel iste homo currit. Diffõ descensus disiunctiui.

¶ Descensus disiunctus est, quo in descendendo sub infertur vna propositio Cathegorica de extremo disiuncto, composita ex aliquibus singularibus illius termini, sub quo descenditur: vt, Omnis homo est animal, & ista animalia sunt omnia animalia, ergo omnis homo est hoc animal, vel hoc, vel hoc. Descẽsus disiũct' qd

¶ Et nota, quod ad hoc, quód descensus sit sufficiens requiruntur aliquæ conditiones. Cõditiões ad sufficiẽtiã ascẽsus

¶ Prima conditio, quod numerentur omnia supposita termini sub quo descenditur in propria forma, vel mediante aliqua particula, scilicet, & sic de alijs, vel non sunt plura, vel alia sibi æquiualente. Ex quo infertur, quod iste non est descensus sufficiens, Omnis homo currit, ergo iste homo currit, & iste homo currit, licet sit bona consequentia, & etiã formalis quia non enumerantur omnia singularia. Prima cõ.

¶ Secunda conditio, quod fiat taliter, qualiter debet fieri, id est, sub termino supponente confusé, & distributiuè fiat descensus copulatiuus, vel disiunctiuus: vt, Omnis homo est risibilis, ergo iste homo est risibilis, & iste homo est risibilis. Potest etiam fieri disiunctiuus, quia bene sequitur, Iste homo est risibilis, & iste homo est risibilis, ergo iste homo est risibilis, vel iste homo est risibilis, regulariter enim ex copulatiua sequitur disiunctiua. Scda cõdi.

¶ Sub termino supponente determinaté, debet fieri descensus disiunctiuus, vel disiunctus: vt, homo est animal, ergo iste homo est animal, vel iste homo est animal. Vltra, Iste homo est animal, vel iste homo est animal, ergo iste homo, vel iste homo est animal. Descẽ. disiunctius & disiuncti. sub q̃ habeant fieri.

¶ Sub termino supponente confusé tantum, debet fieri descensus disiunctus, vel copulatus, vel nullus (secundum aliquos.) Exemplum primi, Omnis homo est rationalis, & ista sunt omnia rationalia, ergo Omnis homo est hoc rationale, vel hoc rationale. Exemplum secundi, Nullum pedẽ habet Omnis ho- Disiũctus & copula. sub q̃ habeant fieri.

mo,ergo nullum pedem habet iste homo,& iste homo. Exemplum tertij,Appeto vinum,ergo appeto hoc vinũ,vel hoc. Dicitur ab aliquibus,q̃ non debet fieri descensus,quia ex vero sequeretur falsum:vt,Promitto tibi equum,ergo istum equum,nõ valet,quia in casu facili antecedens potest esse verum consequenti existente falso,

Tertia cõditio. ¶Tertia conditio,q̃ è contra valeat ascensus sicut valet descensus:vt,Omnis homo currit,ergo iste homo currit,& iste homo currit,& sic de alijs.Iterum,iste homo currit,& iste homo currit,& sic de alijs,ergo omnis homo currit,hic est bonus descensus,quia è contra valet ascensus,sed sequens non,Omnis homo currit,ergo iste homo currit,& iste homo currit,ergo omnis homo currit non valet,& sic est insufficiens descensus.

¶De ascensu.

Diffinitio ascensus. VNde.Ascensus est argumentatio,in qua arguitur ab inferioribus in supponendo ad sua superiora,aliquando addendo istam particulam,Et sic de alijs,aliquando non.Exemplum primi.Iste homo currit,& iste homo currit,& sic de alijs ergo omnis homo currit. Exemplum secundi. Iste homo currit,vel iste homo currit,ergo homo currit,vbi non est necesse addi talem particulam,& sic de alijs.

¶Circa hanc materiam vtilissima notanda.

Nota. NOta,q̃ iste ascensus fit aliquãdo à copulatiua composita ex singularibus ad suum vniuersale:vt,Iste homo currit,& iste homo currit,& sic de alijs,ergo omnis homo currit.

¶Item fit à disiunctiua,in qua ponitur aliqua singularia,ad suã indefinitam,vel particularem:vt,Iste homo currit,vel iste homo currit,ergo homo currit,vel aliquis homo currit.

¶Præterea fit à propositione cathegorica de extremo copulato vel disiũ-

vel disiunctoad propositionem in qua tīs superi or ad illā, suppo nit confusē tantū: vt, bene sequitur, Oīs homo ē hoc animal, vel hoc animal, & sic de alijs, ergo Omnis homo est animal.

¶Nota, q sub termino, sub quo fit descēsus copulatiuus, pōt fieri descensus disiunctiuus, & disiunctus, & aliquando copulatus, sed non ē contra. Ratio, quia ad copulatiuā sequitur disiuncti ua cōposita ex eisdē terminis, & etiā disiūcta: vt, bene sequitur. Iste homo currit, et iste hō currit, ergo Iste currit, vel iste hō currit. Itē iste homo currit, vel iste currit, ergo Iste hō, vel iste currit. — Nota.

¶Item nota, q à propositione de desiuncto extremo, non potest fieri gratia formæ descensus copulatiuus, nec disiunctiuus, nec copulatus: vt, non sequitur, Omnis homo est hoc, vel hoc, animal, ergo omnis homo est hoc animal, vel omnis homo est hoc animal. Nec min⁹, Omnis homo est hoc animal, vel hoc animal ergo omnis homo est hoc animal, & omnis homo est hoc animal. Nec sequitur, Omnis homo habet hoc caput, vel hoc caput, ergo, omnis homo habet hoc caput, vel omnis homo habet hoc caput. — Nota. Sub q̄ non valeat fieri ascēsus.

¶Item, sub termino, sub quo fit descensus copulatus non fit gratia formæ copulatiuus, nec disiunctiuus, nec disiunctus: vt non sequitur, Nullum caput habet iste homo, & iste homo, ergo nullū caput habet iste homo, & nullum caput habet iste homo, nec sequitur, ergo nullum caput habet iste homo, vel nullum caput habet iste homo, nec sequitur, ergo nullum caput habet iste homo, vel iste homo. — Nota.

¶Sequitur pars regulatiua. — Regulæ.

PRima regula. Sub termino supponente discretē, non fit descē sus. Ratio, quia descensus debet fieri, ad inferiora, sed terminus discretus non habet inferiora: vt, Hæc præcepta sunt decem. Isti homines currunt. — Pria reg.

¶Secunda regula. Sub quolibet termino cōi, cōiter tento, potest fieri descēsus, dū modo habeat plura supposita, & possit singularizari. Propt̄ primū, nō fit descēsus sub istis terminis, Sol. Luna, Mūdus, cū sub se non habeāt singularia. Propter secūdū, verba adiectiua: vt, ly currit, ly dormit, non singularizātur, neq; sub eis — ij. regula.

descenditur, nisi dicatur quod possunt singula rizari ratione participiji in eis inclusi, vt, curras, vel dormias.

Tertia. ¶ Tertia regula. Cauendum est, quando fit descensus, quód alij termini sub quibus non descenditur non stent pro pluribus, aut paucioribus in descensibus, quàm in descēsu. Vnde non sequitur, Omne animal quod non est homo est irrationale, ergo omne animal quod non est iste homo est irrationale. Ratio, quia ly animal in antecedēti stat pro omni animali quod nō est homo: sed in consequenti stat pro omni animali quod non est homo, & pro omni homine, qui non est iste homo.

Quarta. ¶ Quarta regula, in descendendo sub termino supponente confusé, & distributiué respectu termini supponentis determinaté, debet addi in descendētibus a lijs à prima, relatiuū identitatis, vt Homo non est animal, ergo homo non est hoc animal, & idem homo non est hoc animal, & idem homo non est hoc animal, & tandem deuenietur ad vnam falsam in qua idem negabitur de seipso, similiter dicatur de his, Quidam homo est omnis homo. Hominis quilibet asinus currit. Hominis quælibet pars est in scholis.

Quinta. ¶ Quinta regula, In descendendo sub subiecto exceptiué, oportet mutare ly præter in Aliud ab, vt Omne animal præter hominē est irrationale, ergo istud animal aliud ab homine est irrationale, & istud animal aliud ab homine est irrationale, aliás non valet. Putà, istud animal præter hominem est irrationale, quia cōsequens dicitur propositio impropria vel incongrua.

Sexta. ¶ Sexta regula. Sub terminis propositionum hypotheticarum nō fit descensus propriè, quia ex vero sequereí falsum, vt, si Omne animal currit, omne animal mouetur, ergo si istud animal currit, omne animal mouetur, non sequitur, & ratio est, quia non oportet, quod si ad aliquam propositionem sequatur alia propositio quod ad singularem illius sequatur illa met propositio. Vnde illa Omne animal mouetur, bene sequitur ad illam, Omē animal currit, sed non sequitur ad suam particularē, videlicet, Si istud animal currit omne animal mouetur.

Septima. ¶ Septima regula. Quando descenditur sub termino supponēte confusé & distributiué, quē sequitur terminus supponens cōfusé tantum, & illum terminum supponentē confusé tantū, sequitur

alius terminus supponens confusè & distributiuè, oportet quòd terminus qui stabat confusè tantum stet etiam confusè tantum in descendentibus: vt, Omni tempore animal est omnis homo, non sequitur, ergo isto tempore animal est omnis homo. Ratio quia ly animal sub quo non descenditur, in descensa stabat confusè tantum, & in descendēte determinatè, oportet ergo sic descendere, ergo isto tempore omnis homo est animal, vel sic, ergo isto tempore.a. animal est omnis homo.

¶Octaua regula. Sub terminis supponentibus confusè, & distributiuè, distributione sigillatam terminis non relatiuis, ad descendendum sub primo, oportet secundum manere in propria forma: vt, Omnis homo est omnis homo, ergo iste homo est omnis homo, & iste homo est omnis homo, & sic de alijs. Sed ad descendendum sub secundo termino, hoc est, sub prædicato, oportet capere vnum suppositum primi, & inducere illud in oibus alijs secundi termini: vt, Omnis homo est omnis homo, sic descenditur, omnis homo est iste homo, & omnis homo est iste idē homo, & omnis homo est iste idem homo, & sic de alijs. viij. regu.

¶Nona regula. Sub copulato communiter tēto fit descensus virtute suppositionis: vt, iste homo & iste asinus sunt homo & asinus, ergo iste homo & iste asinus & est homo & asinus & iste asinus & iste homo, est asinus, & iste homo. Item, Homo & asinus currunt, ergo iste homo, & iste asinus currunt, vel iste homo, & iste asinus currunt. Vel sic, isti currunt, demonstrando vnum hominem & vnum asinum. Similiter hic, Sortes & homo currunt ergo Sortes & iste homo currunt. Et verificantur sic, Sortes & iste homo sunt Sortes & homo, demonstrando per ly iste, vnum alium hominem à Sorte. Et si quis dicat, hoc copulatum Sortes & homo, non potest distribui, ergo sub eo non descenditur. Respondetur, quòd fit vniuersalis sic, Omnis homo & Sortes currunt. Sed sub isto copulato, Sortes & Plato, non fit descensus, licet supponat pro pluribus complexiuè, quia supponit discretè. Pro cuius clariori notitia est aduertendum, q copulatum potest componi ex terminis communibus: vt, Homo & asinus currunt, & sic supponit communiter, & fit descensus secundum exigentiam suppositionis diuisiuè, scilicet, distributiuè, vel disiunctim, vel copulatim. ix. regula. Copulatū pōt cōpoi x trīs cōis.

¶ Secũdo potest componi ex termino coi, & discreto, & ẽ cõtra: vt, Sortes & hõ currũt, sub quo etiã fit descẽsus virtute suppõnis

¶ Tertio põt cõponi ex triis discretis: vt, Sortes & Plato disputãt & sic supponit discretẽ, & sub eo nõ fit descẽsus, quamuis possit fieri, aliqua consequentia, vt Sortes & Plato disputãt, ergo Sortes disputat, & Plato disputat, & vterq; loquitur. &c.

x. regula. ¶ Decima regula. Sub disiuncto communiter tento, fit descensus virtute suppositionis. Pro quo nota, q disiunctum potest componi quadruplicitet.

Disiunctũ põt cõpõi q̃dtuplicit ¶ Primo, Ex terminis cõib', vt homo vel angelus est substantia.

¶ Secundo, Potest componi ex communi, & discreto: vt, homo vel Sortes ratiocinatur.

¶ Tertio. Cõponitur ex discretis: vt, Sortes vel Plato loquitur, Sortes vel Chimera currit, & sub omnibus istis potest fieri descensus virtute suppositionis.

¶ Quarto. Potest componi ex terminis discretis sumptis pro eo dẽ singulari, vt Marcus vel Tullius, Sortes vel hic homo, demõstrando per ly hic, eundem Sortem. Et sub tali disiuncto non fit descensus, cum supponat pro vno singulari.

xj. regula. ¶ Vndecima regula. Sub conditionato cõiter tẽto fit descensus: vt, omne animal si est rudibile est asinus. sub ly animal fit descensus copulatiuus, & sic de aliis copulatis.

xij. regula ¶ Duodecima regula. Sub termino supponente mixta suppõne, ratione alicuius cõiũctionis, vel aduerbij, nõ debet fieri vn' descẽsus sol', sed duo. Exẽplũ. Oĩshõ & asinus currũt, fi descẽdatur sub ly hõ, sic descẽditur, ergo iste hõ & asin' currũt, & iste hõ & asin' currũt, & sic de aliis: tñ si descẽdatur sub ly asin', nõ descẽditur copulatiuẽ, sed disiunctiuẽ sic. Ergo ois homo & iste asinus currit, vel ois homo & iste asinus currit, & sic de singulis. Similiter dicendum est de ista, Omnis homo vel asinus currit.

xiij. reg. ¶ Tertia decima regula. Sub termino supponente cõfusẽ tantum fit descensus copulatus, vel disiunctus, & aliquando nullus. Prima & secunda pars patent: de tertia datur exemplum in hac propositione, Omnis homo est hoc animal, vel hoc animal, & sic de singulis, totum illud prædicatum supponit confusẽ tantum, & sub eo non fit descensus. Ratio, quia descensus non est descensus, sed prædicatum illud, est descensus prædicati

huius, Omnis homo est animal. Item, aliquando non fit descensus ob variationem appellationis: vnde non valet.

¶ Quarta decima regula. Descēdendo sub relatiuo substātiæ identitatis, in propositione copulatiua, antecedēs debet resummi secundum exigentiam suppositionis: vt, Sortes est animal, & asinus est illud, ad descēdendum sub ly illud, oportet resummere suum antecedens: vt, Sortes est animal, & asinus est illud animal quod est Sortes, sub ly illud non potest fieri descensus cum supponat discretē pro animali, quod est Sortes. Et sic debet fieri in omnibus propositionibus in quibus ponuntur relatiua identitatis. xiiij. reg.

¶ Vltima regula. Quando cunq; obliquus præcedit suum rectū prius debet fieri descensus sub obliquo, quàm sub recto: quia rectus habet suppositionem dependentem ab obliquo præcedente. Et per hanc regulam cognoscitur veritas istarum propositionū & similium, Alicuius speciei omne indiuiduum ē homo. A quo libet ente, quod libet differens est ens. xv. regu.

¶ Sequitur pars argumentatiua. Pars argu

Primo arguitur contra primam regulam. Sub termino discretē tento fit descensus, ergo regula falsa. Sequela est bona, & antecedens probo. Sub ly Deus, fit descensus, & ly Deus est terminus discretus, ergo intentum. Et quod fiat descensus probo sic, Deus creat, ergo hic Deus Pater creat, vel hic Deus Filius vel hic Deus Spiritus Sanctus creat. Primū ar.

¶ Confirmatur. Sol est substantia, ergo iste sol est substantia, & iste Sol est substantia, sequitur bene. Confirm.

¶ Secundo arguitur contra eandem regulam. Isti homines currunt, ergo iste homo currit, & iste homo currit, & iste homo currit, & tamētam ly Deus, quàm ly isti homines sunt termini discreti, & tenentur discretē. De ly Deus patet, quia de vno solo Deo prædicatur, etiam ly isti homines, non habet inferiora ergo tenetur discretē. ij. argum.

¶ Contra secundam regulam sic argu. Datur terminus communis, sub quo non fit descensus, ergo regula secūda falsa. Sequela iij. argum

est bona, & antecedēs probo. Fœnix volat, fœnix est termin⁹ cōminus (vt patet) tamen sub illo non fit descensus cum non habeat suppofita.

j. Cfima ¶ Confirmatur. Non sequitur, Cognosco venientem, ergo cognosco istum venientem, vel istum venientem. In casu facili, antecedens est verum, consequēs falsum, ergo intentum. Sequeretur enim (si sub termino communi fieret descēsus) ex vero sequi falsum: quod est inconueniens.

ij, cō firm. ¶ Confirmatur secundo. Sortes vel Chimera est terminus communis, tamen sub eodem non fit descensus (vt patet) quia in hac propositione, Chimera vel Sortes currit, nō sequitur, ergo ista Chimera vel Sortes currit.

iij. confir ¶ Confirmatur tertio. Sub hoc disiuncto, quod est termin⁹ cōmunis (vt videtur) Marcus vel Tulius est homo, non fit descensus ergo regula falsa.

iiii. argu. ¶ Contra tertiam regulam, sic argumentor. Quilibet asinus cuiuslibet hominis currit, ergo quilibet asinus istius hominis currit. In casu hic ex vero sequitur falsum, descendendo sub ly hominis. Et sit casus, quod tres homines habeant tres asinos cōmunes currentes, & quilibet illorum habeat vnum asinum specialem nō currentem, iam hæc est vera, Quilibet asinus cuiuslibet hominis currit. Et ista falsa, Quilibet asinus istius hominis currit, ergo sub termino supponente confusè & distributiuè non licet fieri descensus, quia aliàs ex vero sequitur falsum: vt patet.

v. argu. ¶ Secundo argu. sic, contra eandem regulam, Non sequitur, Omne animal videns omnem asinum est homo, ergo omne animal videns hunc asinum est homo, in casu quod sint tantum tres asini, quos solum videat homo, & cum hoc, quilibet asinus videat seipsum, iam antecedens est verū & cōsequens falsum: patet. Quia si omne animal videns hunc asinum est homo, iam asinus vidēs seipsum est homo, ergo regula falsa.

prima cō. ¶ Confirmatur primo. Omne differens ab ente nō est, ergo omne differens ab hoc ente non est: antecedens est verum & consequens est falsum.

ij. confir. ¶ Confirmatur secundo. Nullum aliud à vero est verum, ergo nullum aliud ab hoc vero est verum.

Sequitur pars responsiua. — Parsa res

AD primum, quádo arguis, sub termino discreto fit descẽsus nego antecedens. Et ad probationem, respondeo per propositiones, — Prima p.

Prima propositio. Deus potest dici terminus communis si sumatur, p̃ suis significatis mediatis, putã, pro Patre, p̃ Filio, & Spiritu sancto. Alio modo capitur Deus, essentialiter, putã, p̃ Deo & sic dicitur ab aliquibus, quod est terminus discretus.

Secunda propositio. Aliqui tenent q̃ deus in ista propositione, Deus creat. Deus gubernat, supponit simpliciter, & immobiliter, quia si per impossibile, nulla persona esset in diuinis, non seq̃retur, Deus creat, ergo iste Deus, vel iste. — ij. propo

Ad confirmationem. De isto termino Sol, dicitur, q̃ est terminus communis quantum est de se, sed quia caret suppositis, sub eo non fit descensus. — Ad cõfir.

Ad secundum, quando arguis, Isti homines currunt. &c. Concedo q̃ est tẽrs discretus, & sub eo non fit descẽsus, quia descensus debet fieri à termino cõmuniori ad sua inferiora. Et licet illa cõsequentia sit bona, Isti homines currunt, ergo iste homo, & iste homo currit, non tamen arguitur, à superiori ad inferius. — Ad.ij.ar.

Quando arguis. Fœnix est terminus, concedo: & nego minorẽ potest enim fieri descensus pro diuersis temporibus in propositionibus contingentibus: vt, Fœnix volat, ergo ista fœnix volat, vel ista volat, demonstrando vnam pro vno tẽpore in quo exi- stit, & aliam pro alio, similiter & in necessarijs, putã, in hac propositione, Fœnix est auis, vel Fœnix est volatilis, potest fieri descensus pro eodem tempore. — Ad argumẽta cõf. ij regula.

Ad primam confirmationem. Cognosco venientem, & cæte. Dicunt aliqui, q̃ ly venientem supponit immobiliter. Sed aliter potest dici, q̃ potest fieri descensus sic, ergo cognosco venientem & hũc venientem: vel cognosco venientem & hunc venientem. — Ad.j.cõf.

Ad secundam confirmationem, Sortes & Chimera, &c. Dico q̃ ex modo suæ significationis est terminus communis, tamen propter defectus suppositorum non fit descensus. — Ad.ij.cõf

Ad.iij.cõ firmatiõẽ ¶ Ad vltimam confirmationem, Negatur ꝙ Marcus vel Tullius sit terminus cõmunis. Ratio, quia disiunctum ex terminis singularibus pro eodem supponentibus supponit discreté.

Ad.iiij.ar ¶ Ad quartum argu. Rèspondetur per propositiones.

.j.ppoti. ¶ Prima. Nullus terminus debet aliter appellare in descendentibus, quam in descensa: neq; restringi: neq; ampliari.

ij.propo. ¶ Secunda proposi. Termini sub quibus fit descensus non accipiãtur pro pluribus quam in descensa. Et per istam regulam soluitur argumentum. Quia in ista. Quilibet asinus cuiuslibet hominis currit, in casu dato, asinus ibi supponit pro asinis possesis à quolibet homine, & non pro asino particulariter possefo ab vno homine, & sic neganda est consequentia. Quilibet asinus cuiuslibet hominis currit, Ergo quilibet asinus istius hominis currit, nego sequelam. Aliæ sunt solutiones quæ patent intuentibus.

Ad.v.ar. ¶ Ad quintum argumentum est eadem solutio.

Ad cõfir. ¶ Ad confirmationem. Nego sequelam, quia ex vero sequitur falsum, vel debet responderi sic. Omne differens abente & hoc ente non est, & sic ex vero non sequitur falsum.

Ad.ij.cõf. ¶ Ad secundam confirmationem est eadem responsio.

¶ De relatiuis.

Finita suppositione terminorum absolutorum, sequitur de relatiuis Grãmaticalibus, de quibus agenda sunt sequentia.

¶ Primum, quid sit relatiuum.

¶ Secundum, quotuplex est relatiuum.

¶ Tertium, quomodo relatiua refferant sua antecedentia.

Ad prim. ¶ Quartum, Pro quibus supponant.

Relatiuũ quid. ¶ Quintum & vltimum, mouẽtur aliq̃ dubia.

¶ Ad primum, Relatiuum secundum Priscianum sic diffinitur. Relatiuum est rei ante latę recordatiuum.

Alia diffinitio. ¶ Vel sic secũdũ alios. Relatiuum est termin⁹ secundario significans rem, prius per suum antecedẽs significatam: vt, Sortes currit & ipse disputat, Iy Ipse reducit ad memoriam secundariô per ly Sortes prius significatum.

¶Est etiam relatiuum (secundum nominales) terminus mentalis scriptus, vel vocalis significans rem secundariò, sicut supra dictum est. iij. diffinitio.

¶Sed secundum scotistas, est secūda intentio attributa alicui illorum terminorum secundariò reducenti ad memoriam noticiam sui antecedentis. iiij. diffinitio.

¶Et nota, q̄ hoc relatiuum dicitur tripliciter, scilicet, refferens tātum, Relatum tantum, Refferens & relatum simul. Triplex relatiuum.

¶Refferēs tantum est, quando ponitur antecedens iunctum suo relatiuo immediatè: vt, Sortes currit & ille Sortes disputat: ibi, ly Ille est refferens tantum, & Sortes est relatū tantum: & totum simul est refferens, & relatum simul. Similiter dicendum, Sortes currit & ille mouetur, ly Ille, est refferens & relatum simul, cum supleat vicem sui antecedentis. Refferens tātū, quid

¶Ad secundum respondetur q̄ multiplex. Quia aliud est relatiuum substantię, aliud accidentis. Item substantię, aliud identitatis, aliud diuersitatis. Ad. ij. relatiuū ē multiplex.

¶Item relatiuum identitatis, aliud est reciprocum, aliud non reciprocum, de quibus omnibus danda est aliqua diffinitio, seu descriptio. Relatiuū idētitatis duplex.

¶Vnde relatiuum substantię (secundum Petrum hispanum) est quod reffert eandem rem numero, cum suo antecedenti: vt, deus creauit mundum qui eum manutenet, ly Qui, reffert eundem Deum creantem, & manu tenentem. Vel sic diffinitur. Substantię quid.

¶Relatiuum substātię est, quod refferens suum antecedens nō cōnotat aliquam dispositionem accidentalem quantum est de se ad iacere rei pro qua supponit suum antecedens, neq; rei compara te rei antecedētis: vt, Ille, Ipse, Sui. Sed relatiuum substantiæ identitatis est quod reffert antecedens pręcisè, pro illo, vel illis p quo vel quibus tale antecedēs capitur: vt Sortes currit, qui mouetur eiusdē alia diffinitio. idētitatis quid.

¶Relatiuum diuersitatis est quod refferendo suum antecedens, importat aliam, vel alias res quam suum antecedens importat: vt, Sortes currit, & reliquus disputat. Petrus legit & alius audit. Diuersitates quid.

¶Relatiuum reciprocum (secundum Petrum hispanum) in hūc modū describitur, est quod significat substantiam agentem, sub modo patientis, & sic reciprocum est idem, q̄d sui ipsius passiuū vt, Sortes diligit se: licet significet id q̄d significatur per ly Sortes. reciprocū

Sed ly Sortes significat substantiam agentem, ly se eandem substantiam per modum patientis. Procuius declaratione notandũ est, q̄ omnis nominatiuus (licet patiatur: vt, Sortes pcutitur ase) dicitur significare per modum agentis. Sed omnis obliquus significat patiens, vel aliquid per modum patientis. Vnde venit, q̄ natura nominatiui repugnat naturę hui⁹ pronominis, Genitiuo sui: datiuo sibi. &c. cum semper significet per modum patientis vel aliter sic diffinitur secundum alios.

Alia diffi ❡Relatiuum reciprocum est quod in refferendo suum antecedens, denotat importatum per verbum, vel participium, transire immediatè in rē pro qua supponit suum antecedens: vt, De⁹ diligit se. Dilectio que est actus importatus per ly diligit, non denotatur transire in creaturam, sed in ipsummet Deum. Et dicitur cōmuniter, q̄ semper ponitur in eadem cathegorica cum suo antecedenti.

Nō recip cũquid. ❡Sed relatiuum substantię non reciprocũ est, quod in refferēdo suum antecedens, non denotat actuum importatum per verbum immediatè transire in rem pro qua supponit suum antecedens vt Sortes equitat, & suus equus innit.

Non reci procũca- piturmul timode. ❡Et ista relatiua aliquando tenētur demonstratiuè: & est quādo non praecedit aliquis terminus ad quem referantur: vt, Ille homo est bonus.

❡Aliquando tenentur indeffinitè, & est quando nullam rē certā important: vt, Qui fuerit audax expugnat castrum.

❡Aliquādo tenentur relatiuè, & est quādo pręcedit aliquis tērs ad quem refferantur: vt Deus est rectus iudex & ipse iudicabit orbem terrę.

relatiuũ a ccidentis ❡Relatiuum vero accidentis dicitur à Petro hispano, q̄ est illud, q̄d reffert eandem rem per modum denominationis: vt, Sortes est albus & talis est Petrus.

differētia inter rela tiuũ sub- tātię & ac cidentis. ❡Et nota q̄ hęc est differentia inter relatiuũ accidētis & substantię. Quia relatiuũ substātię reffert eādem rem in numero: sed relatiuum accidētis reffert eandē rē in specie, quia alia ē albedo in Sorte, alia in Platone, & sic describitur.

relatiuũ accidētis quid: ❡Relatiuũ accidentis est, q̄d quātum est de se denotat aliquā dispositionem accidentalē non adiacere suo antecedenti vel rei cō paratę suo antecedēti: vt, Talis, Qualis, Tātus, Quātus Maior,

Minor, Prius, Posterius, &c.
¶ Ad tertium respondetur per propositiones.
¶ Prima. Relatiuum refferre suum antecedens est efficere secundariam notitiam sui antecedentis.
¶ Secunda propo. Duplex est refferre. Scilicet. Strictè, & absolutè
¶ Refferre restrictè est, refferre suũ antecedens cũ oĩbus terminis in eadẽ cathegorica collocatis: vt, Hõ est alb⁹ qui disputat. Cui⁹ sensus ẽ, Hõ ẽ alb⁹, & ipse hõ qui est alb⁹ disputat. Vnde si esset dũtaxat vnus hõ alb⁹ & ille solus disputaret, prima esset vera licet cęteri homines essent nigri: sed si alb⁹ nõ disputaret, & niger aliquis. sic: esset propositio falsa. Duplex refferre. Reffe. restricté qd.
¶ Sed nota q̃ cum dicitur, q̃ debet refferre cum omnibus terminis, intellige tantum demptis terminis variantibus speciẽ suppositionis, nisi sit negatio.
¶ Variãt speciẽ suppositionis, ly Oĩs, ly Nõ. Et nõ variãt ly Aliquis, ly Quidã. &c. Exẽplum. Oĩs hõ est aĩal, & ille hõ disputat, denotaẽ, oĩs hõ est aĩal, & ille hõ disputat, & nõ q̃ oĩs hõ sit aĩal, & ille hõ disputet. Dicebatur, Nisi esset negatio, quia in hac propositione, Petr⁹ nõ est asinus qui disputat, significat, Petr⁹ nõ est asinus, & ille Petrus qui non est asinus disputat. Tri variãtes speciẽ suppõis.
¶ Refferre vero absolutè est refferre suũ antecedens dumtaxat, siue terminis suæ cathegoricæ: vt, in hac disiunctiua, Deus non est, vel ille est omnipotens, quę est vna disiunctiua vera, cum ista pars, Est ops sit vera. Si tñ ly Ille, refferret restrictè, esset falsa, quia est sensus, q̃ Deus qui non est est omnipotens: quia est vna affirmatiua, cuius subiectũ nõ supponit, scilicet, Deus qui nõ est. Obidq; debet refferre absolutè. Reffe. absolutè quid.
¶ Pro quo notandum est, q̃ ista relatiua, vel ponuntur in copulatiua, vel in disiunctiua, vel in conditionali. Nota.
¶ Si relatiuum substãtiæ identitatis non reciprocum, ponitur in copulatiua supponit solum pro illo, vel illis, pro quo, vel quib⁹ verificatur propositio, seu denotatur verificari propositio sui antecedentis: vt, asinus est animal, & illud est homo, quæ est falsa. Et sensus eius est, Asinus est animal, & illud animal quod est asinus est homo, tamensi supponeret pro quo supponit suum antecedens, sic quod liceret ponere suum antecedens loco relatiui dicendo, asinus est animal, ponendo loci illius suum ãs dicẽdo

& illud est homo. Esset vera.

¶ Ex his sequitur, q̄ relatiuum substãtię identitatis quãq̃, do suppo
nit vbi suum antecedens non supponit: vt Antichristus non est,
& ipse erit. Item Antichristus erit & ille non est.

Nota. ¶ Item nota, q̄ relatiuum non supponit, suo antecedente suppo-
nẽte: & hoc duobus modis, primo, qñ relatiuũ importat rationẽ
impossibilẽ, vt, sortes est homo, & ipse existens asinus currit.

¶ Secundo, quãdo propositio sui antecedentis est falsa: vt Sortes
est asinus & ille est rationalis.

¶ Si ponantur hæc relatiua in disiunctiua: vt, Deus non est vel
ipse est omnipotens. Sortes currit vel ipse est homo. Pro qua po
nitur talis regula.

Regula. ¶ Relatiuũ idẽtitatis non reciprocũ, non solũ supponit in disiun
ctiua, p qua verificatur, ppositio sui antecedẽtis. Sed etiã pro illo
pro quo supponit suum antecedens: vt, patet in exẽplis: Vnde si
in prima ly ipse, refferret restrictẽ, sensus esset. Deus non est vel
ipse Deus qui non est, est omnipotens, cuius vtraq; pars est falsa
cum sit vna affirmatiua, cuius subiectum non supponit, scilicet,
Deus qui non est.

¶ Si hęc relatiua substãtię idẽtitatis non reciproca ponantur in
conditionali præcisẽ, supponũt pro illo, vel, illis, p quo, vel, qui-
bus verificatur propositio sui antecedentis: vt, Deus nõ est si ipse
est oĩpotens: quia videtur conditionalis vera cum videatur bona
consequẽtia. Quia bene sequitur, Deus nõ est si ipse Deꝰ qui non
est, est omnipotens, modo ad impossibile sequitur quodlibet: er-
go si Deus non est ipse ẽ omnipotens: sed quia relatiuũ non sup
ponit nisi pro quo verificatur propositio sui antecedentis pro
nullo verificatur, sequitur quod illa est falsa, & mala consequen-
tia, & ita neganda, scilicet, Deus non est si ipse est omnipotens. Si
militer ista. Sortes est asinus si ipse est rationalis.

Ad. iiij. ¶ Quartum videndum est, quómodo supponant relatiua, pro
quo ponuntur regulæ.

prima re. ¶ Prima. Relatiuum substãtię identitatis habens antecedens dis-
cretẽ tentum supponit discretẽ: vt, Sortes currit, & ille mouetur
Sortes est animal, & Rupertꝰ est illud. Et tunc licet ponere ante-
cedens loco relatiui dicendo. Sortes est animal, & illud est Ru-
pertus, idest, animal est Rupertus.

¶Secunda regula. Relatiuum identitatis nō reciprocum suppo nit cōmuniter, ea suppōe, qua supponeret suū antecedēs, si ibi po neretur: vt, homo currit, vel ipse mouetur. Homo currit & om nis ille mouetur: primū ly ille, supponit determinatè, secūdum ly Ille, supponit confuse, & distributiuè. Item, Aliquis homo est, & quilibet homo est ille. Sensus primę est, Iste homo currit, vel homo mouetur. Sensus secundæ est. Homo currit & omnis homo mouetur. Sensus tertiæ est, Aliquis homo, & quilibet ho mo est homo, quę est vera. ij. regula.

¶Tertia regula. Relatiuum substantię identitatis reciprocum & primitiuę speciei, supponit eadem specie suppositionis, qua sup ponit suum antecedens etiam pro illo, vel illis, pro quo, vel qui bus supponit suum antecedens: vt, omnis homo est ipsemet ly ipsemet supponit cōfusè & distributiuè, homo non est ipsemet ly ipsemet, supponit determinatè. Sortes nō est ipsemet ly ip semet supponit discretè. iij. regula.

¶Et nota, q̄ sub relatiuo identitatis reciproco, supponente con fusè & destributiuè, fit descensus sigillatus, qui fit, quādo nō des cenditur sub termino posito à parte prędicati supponente cōmu niter quin etiam descendatur sub subiecto: vt, omnis homo vi det se, sic descēditur, Omnis homo videt se, ergo Sortes videt se & Plato videt se, vel sic, Sortes videt Sortem. Et plato videt pla tonem, &c. Nota.

¶De hac materia vide materiam descensus. Illic. n. tū in regulis tum etiā in argumentorū solutionibus, sufficiēter tractauimus.

¶Quarta regula. Relatiuū substantie identitatis deriuatiuę spe ciei, quantum ad significatū materiale supponit secundum exi gentiā signorum distributiuè, vel discretè. &c. Sed quantum ad formale, supponit sicut suum antecedens. vt, Omnis homo suū equum videt: ly Suum equum, supponit confusè tantum, quia se quitur immediatè signum vniuersale, putā, ly Omnis. Sed quan tum ad formale, supponit distributiuè sicut suum antecedens, hoc est, Homo: quod vocat formale significatum Petrus à Spino sa, fuitatem autē abstractum de su⁹. Vnde videtur sequi, q̄ equus supponit confusè tātū, & suus distributiuè, quia significatio re latiui dependet a significatione antecedentis. iiij. regul.

¶Quita regula, Relatiuū substātiuè diuersitatis suppōit p alio vel v. regula.

alijs à suo antecedente: vt, Sortes currit & reliqu' disputat, ly reliquus, nõ supponit pro illo, pro quo verificatur propositio sui

Nota. antecedentis.

¶ Et nota, q relatiuum diuersitatis substantię supponit secundũ exigentiam signorum: vt, homo currit & alius disputat, ly Alius supponit determinatè. Sortes currit & iste alius disputat supponit discretè. Homo currit & omnis alius mouetur, ly Alius suppo

Nota. nit distributiuè.

¶ Et aduerte, q hoc relatiuum stat in duobus casibus non supponere. Primo, quando antecedens non supponit: vt, Antichristus est & alius loquitur. Secundo, quando antecedens supponit pro quolibet ente: vt, Omne ens est & aliud currit. Falsitas primę patet per exponentes, Falsitas secundę patet, quia non est aliud ab omni ente.

vj. regula ¶ Sexta regula. Relatiuum accidentis identitatis, supponit pro re simili, vel ęquali illi rei, pro qua verificatur propositio sui antecedentis: vt, Petrus est bonus, & talis est Ioannes.

vij. regul ¶ Septima regula. Relatiuum accidentis diuersitatis, supponit pro re dissimili, vel inęquali, ꝑ qua verificatur propositio sui antecedẽtis: vt, Sortes est pius, & alterius modi est Rodericus.

Nota. Et nota, q relatiuum reciprocum accidentis suppletur per hoc complexum, Taliter qualificatũ: vt, sortes est albus, & talis est Plato. Sed non reciprocum suppletur per hoc complexum, Aliter qualificatum: vt, Sortes videt se aliter qualificatum quam sit Plato.

viij. reg. ¶ Octaua regula. Relatiuum accidentis variatur secundum aliam & aliam dispositionem signorum: vt, homo currit, & omnis alius mouetur. Homo currit, & iste alius disputat.

ix. regul. ¶ Nona regula. Relatiuum substantię identitatis, positum inter duas copulas verbales, referens antecedens, quod dat suppositũ primæ copulę, facit sensum hypotheticũ. Si autem referat antecedens iacẽs inter ãbas copulas verbales, facit chategoricũ sensum vt, Petrus currit qui mouetur: ęquiualet, Petrus currit & ille mouetur. Sed in ista, Petrus est aial, q ẽ est homo: sensus est chategoricus. Nã subiectum est Petrus, copula ly Est, prędicatũ Animal q est homo.

x. regula. ¶ Decima regula. Quando relatiuũ Qui, mediat inter antecedẽs

& copulam implicationis efficiens vnum extremum cũ ipsis, potest resolui propositio immediatè, ratione de ly Qui. Si tamen est propositio affirmatiua potest resolui per ascẽdentes, antequã resoluatur in copulatiuam: & hoc est, quãdo aliqua distributio prçcedit relatiuum Qui: vt, omnis propositio cuius cõtradictoria est, vera est falsa. Exẽplũ primi, Sortes qui frequẽter disputat erit doctus, sic resoluitur, Sortes erit doctus, et Sortes frequẽter disputat, cuius contradictoria resoluitur per disiunctiuam: vt, Petrus qui frequenter disputat non erit doctus. Sic resoluitur, Petrus non erit doctus, vel, ille Petrus qui erit doctus nõ frequẽter disputat. Exẽplũ secundi, omnis propositio si reducatur ad copulatiuam est falsa, quia prima pars eius est falsa: putà ista. Omnis propositio est falsa, & illius contraditoria est vera modo, Copulatiua cuius vna pars est falsa &c.

¶Pars argumentatiua.

ARgumẽtor primo cõtra diffinitionem relatiuorum sic. Ly Que, est relatiuum substãtię, tamen non supponit pro eodẽ pro quo supponit suum antecedens in hac propositione Fœmina quę clausit portam vitę reserauit. Pri. argu.

¶Confirmatur. Inuenimus Iesum, quod interprętatur saluator, vbi antecedens stat materialiter pro se, & relatiuũ personaliter confirmatio.

¶Aliquod enuntiabile est falsum, & idem necessario est verum. Hęc est vera, & tamen non supponunt pro eodem. Prima pars patet secũda probatur, quia aliquid idẽ necessario est verũ. ij. argum.

¶Tertio arguitur sic. In materia relatiuorum dantur duę contradictorię simul falsę: ergo minus bene assignata. Antecedens patet de his. Petrus qui disputat: Petrus qui sedet non disputat. Patet quia dato casu q; Petr' nõ sedeat, affirmatiua est falsa, & negatiua similiter, quia reducitur ad istam copulatiuam, Petrus nõ disputat & ipse sedet. iij. argu.

¶Quarto arguitur sic. In materia relatiuorum sequitur q; vna propositio est simul vera, & falsa, ergo minus bene determinata, Ans probo. Quilibet Angelus est animal, vel quilibet homo est ipsummet. Falsitas primę patet descendendo sic: iste angelus est iiij. argu.

animal, vel quilibet homo est ipsum animal q̃ est angelus. &c,
Quod sit vera patet, quilibet angelus est animal, vel iste homo est ipsum met,

Pars responsiua.

Ad primũ argu. Duplex relatio. Ad primũ dicit q̃ duplex ẽ relatio. Alia simplex, q̃ñ reffert idẽ in specie: vt, ly quę, in ꝑposita ꝑpositione, & illud q̃d canitur in assumptione virginis Marię. Sola fuit mulier patuit qua ianua leti ex qua vita reddiṫ. Alia est relatio personalis referens eandem rem numero: vt, homo currit qui mouetur, de ista intelligitur regula.

Ad confir. Ad confirmationem dicitur. Quod Iesum ibi supponit materialiter, & Quod personaliter, & regula ĩtelligitur, q̃ anteccedẽs & relatiuũ supponãt personaliter.

Ad .ij. arg. Ad secundum quando arguis. Enunciabilę. &c. dicitur q̃ ly idem, potest capi dupliciter, relatiuẽ, vel indeffinitẽ. Si relatiuẽ, sensus est: Idẽ enũciabile quod est falsum est verũ. Si indeffinitẽ, & ly necessariũ nominaliter vt ẽ datiui casus, est verum, cuius sensus est: aliquod enunciabile quod est idem cum necessario est verum.

Ad .iij. arg. Ad tertium de duabus contradictoriis. Ad illam dicitur, q̃ nõ reducitur ad copulatiuam sed ad istam disiunctiuam. Petrus non disputat, vel non ille qui disputat sedet.

Ad .iiij. ar. Ad quartum dicitur, q̃ illa disiunctiua est vera. Et cum probas q̃ est falsa, descẽdẽdo sub ly angelus. Negatur illa. Quia ex parte de ly animal, arguitur a destributa ad determinatam, respectu multitudinis de ly. Qui libet homo, quia terminus vnius chategoricæ respicit terminos alterius, tenendo relatiuum reciprocũ refferre posse antecedens in alia chategorica: & de relatiuis hec sufficiant. Nunc autem ad ampliationum materiam pedetentim transeamus.

De ampliatione.

De ampliatione agēda sunt sequētia.
Primum quid sit.
Secundum quotuplex.
Tertio, ponuntur regulæ ad cognoscendum diuersitatem ampliationum.
Quarto, pro clariori notitia ponentur aliqua argumēta.
De primo. Ampliatio est (secundum Petrum hispanum) extensio termini cōmunis, a minori suppositione ad maiorē: vt, Homo potest esse Antichristus, ibi Homo, stat pro præsentibus & futuris hominibus. Vel sic. Ampliatio est acceptio termini in propositione pro suo significato, vel significatis, respectu signi, vel æquiualentis sibi, ampliantis, importantis diuersas differentias temporis disiunctim, in ordine ad terminum supponentem respectu plurium differentiarum temporis diuisim. Ampliatio quid. Alia diffi.
In hac diffinitiōe, Acceptio passiua, vel secūda intētio attributa termino accepto est diffinitum. In propositione, ponitur loco differentię. Pro significato, quia terminus non significans nō supponit: vt, chimera. Respectu signi: vt, Omnis, Omne, Quilibet, Nullus. Vel æquiualētis: vt, Non, Haud, Possibile, Necesse, Contingens. Importantis diuersas differentias temporis, quę communiter asignātur scilicet. Presentis: vt, Deus est. Præteriti: vt, Adam fuit. Futuri: vt, Dies iudicij erit, & vltra has aliqui ponūt possibilem differentiam: vt, album potest esse nigrum, & etiam imaginariam: vt, homo imaginariē est asinus. Disiunctim quia ille terminus dicitur importare differentias tēporis disiunctim, qui eas importat, ac si loco illorum poneretur disiunctum importans illas: vt, album potest esse, valet, hoc quod est, vel fuit, vel erit, vel potest esse album potest esse nigrum. Sic potest exemplificari de alijs signis secundum exigentiam ampliationum. Et dicitur in ordine ad terminum supponentem plurium differentiarum temporum diuisim, quia ad hoc quod amplietur, videlicet quod habeat significatum in ordine ad talia tempora, vel differentias vt, homo significat, & potest supponere pro præteritis præsentibus, & futuris: vt homo fuit, & homo erit. Prima sic explicatur, quod est, vel fuit homo fuit. Secunda sic, Quod est vel erit homo erit, Vnde hæc non est ampliatio propriē, Adam fuit. Antechristus erit, cum non habeant supposita: est tamem ampliatio tempo Declaratio diffiniti.

ris. Vnde duplex est ampliatio, suppositorũ, & ,temporum. Et dicitur notanter Diuisim, idest in diuersis propositionibus: vt, Iustus potest damnari: idest Homo qui est vel Homo iustus qui fuit, vel Homo qui erit, vel Homo qui potest esse potest damnari.

Regulæ. ¶ Secundus articulus in quo ponuntur regulæ, per quas possumus cognoscere, qualiter termini ampliantur. Pro quo notãdũ est, φ aliqui termini, seu signa habent virtutem ampliandi terminos ante se positos solum. Aliqui ante se et post. Exemplũ primi Adam fuit. Exẽplũ secũdi Homo possibiliter currit. Alij ãpliãt terminos post se positos: vt, Musca est prior leone, seu fortior. Tunc ponuntur regulæ.

prima. re. ¶ Prima regula. Omne præteritũ, siue imperfectum siue perfectum siue pluſq̃ perfectum ampliat terminum cõmuniter tentũ, & nõ restrictum pro illo quod est, vel fuit: vt, Puer fuit senex Meretrix erat virgo. Homo fuerat animal. Sensus primæ est, Qui est, vel fuit puer, fuit senex. Sens⁹ secũdæ est, Quæ est, vel erat meretrix, erat virgo. Sensus tertię. Qui est vel fuerat homo fuerat animal.

ij. regula. ¶ Terminus communiter tentus, non restrictus, positus ante participium præteriti, ampliat pro illo quod est, vel fuit: vt, hõ est mortuus, stat pro illo qui est; vel fuit homo. Dummodo participium stet participialiter, & non nominaliter. Et dicitur dum modo non restringatur, quia subiectum huius, Homo qui est fuit animal non ampliatur.

iij. regula ¶ Tertia regula. Ista signa, Possibile Impossibile, necessario, contingenter, ampliant terminos ante se. & post se positos pro illo quod est, vel fuit, vel erit, vel potest esse, siue capiantur nominaliter siue aduerbialiter: vt, Homo possibiliter est alb⁹. Homo impossibiliter est asinus. Homo necessario est animal. Homo cõtingenter currit. Subiecta, & prędicata istarum propositionum ampliantur pro illo, quod est, vel fuit, vel erit, vel potest esse.

iiij. regul ¶ Omnis terminus terminat⁹ in bile, vel tiuũ ampliat terminos ante se & post se positos ad quatuor differẽcias temporis: vt, Deus est amabilis Deus est amatiuus.

v. regul. ¶ Omne futurum siue verbum, siue participium, siue actiuũ, siue passiuum: ampliat terminos ante se positos pro illo quod est, vel

erit: vt, Dies iudicij erit. Ego gloriabor in infirmitatibus meis. Virtus est amanda. Homo est amaturus. Subiecta istarum propositionum ampliantur pro illo quod est, vel erit.

¶ Quilibet terminus rectus ab his verbis vel suis participijs, mediante ista præpositione, pro, ampliantur ad quinque differentias temporis: vt, Homo supponit pro homine. Propositio verificatur pro homine. Ly homine in vtraque ampliatur. Sed ly homo & ly Propositio non ampliantur ad illud quod est, fuit, erit, potest, & imaginatur esse. vj. regul.

¶ Quilibet terminus importans actum animæ interiorem positus a parte posteriori, in quem transit actus talis dictionis, ampliatur ad totdifferentias temporis, ad quot talis dictio, seu terminus ampliatur: vt, Intelligo verum, Cupio bonũ, Memorabor mirabilia tua domine. vij. regul.

¶ Dicunt etiam aliqui, quod verba importantia actum animæ exteriorem ampliant ad modicum tempus præteritũ: vt, Audio sonum. Video rosam. Gusto saporem. &c. ibi, ly sonus, ly rosam, ly saporem, stant pro præsentibus, vel præteritis. &c. viij. reg.

¶ Ablatiuus præcise exponens significatum termini ampliatiui rectus à parte post, à tali termino ampliatiuo ampliatur ad tot differentias temporis, ad quot talis potest ampliari: vt, Deus est amabilis amore: ibi, ly amore ampliatur pro amore qui est, vel fuit, vel erit, vel potest esse.

¶ Terminus captus respectu verbi importantis mutationẽ, vel acquisitionem: vt, Generatur, Producitur, Acquiritur, Incipit esse, ampliatur pro illo quod est, & immediatè post hoc erit: vt, Homo generatur, pro Homine qui est, & immediatè post hoc erit. ix. regul.

¶ Terminus captus respectu verbi, vel dictionis importantis mutationem deperditiuam, vel inceptiuam, ampliatur pro illo quod est, vel fuit: vt, Asinus corrumpitur. Homo mouetur. Homo desinit esse, Subiecta, idest Asinus in prima, & Homo in secunda & tertia stant pro illo qui est, vel fuit. x. regula.

¶ Res durantes tantum per instans supponunt pro illo quod nunc est, et antea non fuit: vt, Instans incipit esse, idest, Instans est, & ante hoc non fuit. xi. regul.

¶ Ex prædictis inferuntur aliquæ propositiones vltra iam dictas

Hę sunt vere. Iuuenis fuit senex. Aliquis homo in ventre matris fuit maior matre. Cādela lucens est extincta. Lācea integra est fracta. Camisia Sortis creuit in horto meo. Calcei mei fuerūt in dorso bouis. Sanson in ventre matris occidit Philisteos. Carnes cōmedendæ sunt digestæ. Homo sine miraculo victurus est mortuus. Iustus iustē damnabitur. Corruptum sine miraculo est generandum. Adam est prior Antichristo. Condemnatus potest esse beatus: licet in inferno nulla est redēptio, de lege cōmuni.

De restrictione.

De restrictione, primo dicendum est quid sit.

Secundo, quotuplex.

Tertio, ponuntur regulę, ad cognoscendum quādo termini restringantur.

Quarto, formantur argumenta, & dubia pro maiori declaratione ampliationis, & restrictionis.

Ad prim. restrictio quid. Quôad primum. Restrictio (secundum Petrum hispanum) est coarctatio termini cōmunis, â maiore suppositione, ad minorē vt homo albus, vel sic. Est acceptio termini in propositione pro Alia diffe paucioribus differentijs, quam acciperetur si non restringueretur: vt, Homo qui est cucurrit. Homo albus.

Ad. ij, duplex restrictio. Ad secūdū dicitur cōmuniter, quod est duplex. Nō aliena: & aliena

alienaqd. Aliena est quę fit per copulam, vel prędicatū vel aduerbiū determinans verbum, gratia rei verbi, vel alia ratione. Exemplum primi, Homo est, ly Est restringit ly hō ad stādū pro pręsentibus solum. Exemplum secundi. Homo est pictus, ly pictus, restringit ad standum pro figura hominis, quia talia sunt subiecta, qualia permittuntur a suis predicatis. Exēplum tertij, Hō currit velociter.

Nō aliena quid. Alia est restrictio non aliena, quando determinabile, & determinatio, ponuntur â parte eiusdem extremi mutuo se determinātes: vt, Homo iustus operatur vtilia. Petrus est animal māsuetū

Restrictio nō aliena dicitur intriseca, & extrinseca, ab aliquibus

Ad. iij. Tertio ponuntur regulæ, per quas cognoscitur quando termini restringantur.

j. regula. Verbum pręsentis temporis restingit subiectum & pręedicatum ad standum pro pręsentibus solum: vt, Homo est albus.

¶Secunda regula. Aduerbium restringit verbum secundũ exigentiam ipsius aduerbij: vt, homo currit velociter. Etiam verbum restringitur per casum rectum abeo: vt, Homo bibit viuum ibi homo restringitur pro bibentibus vinum solum. ij. regula.

¶Tertia regula. Adiectiuũ, siue mediatè siue immediatè, restringit suum substantiuum: & etiam verbum aliquando: vt, homo albus currit. Homo est albus. Sed differunt in hoc, quia prima est restrictio intrinseca, & non aliena: secunda autem, extrinseca & aliena. iij. reg.

¶Quarta regula, obliquus rectus ab alio casu restringit illum rectum pro illis, pro quibus potest competere ille obliquus: vt, Capa Sortis est nigra. Equus Petri est animal. iiij. regu.

¶Quinta regula. Pronomem demonstratiuum primitiuę speciei restringit terminum cui additur pro eo quod demonstrat: vt hic homo est bonus. Ista mulier est formosa. Illud animal est mã suetum. v. regula.

¶Vltima regula. Copula implicationis restringit terminum cui additur, secundum exigentiam illius implicationis: vt ens quod est erit, ly Ens restringitur ad præsens tempus tantum, licet totum hoc, Ens quod est, stet pro his quę sunt, & erunt: quia Ens quod est, est totale subiectum de ly erit. vj. regula

¶Sequitur pars argumentatiua.

Pars argu

SEquuntur aliqua argumenta. Duę contradictoriæ essent verę, si regula data de copula pręteriti esset vera. Antecedens probo. Hę sunt duæ contradictoriæ. Adam fuit, & Adam nõ fuit, & ambę verę, igitur. Prima pars patet, sed secundam probo, puta, Adam non fuit. Non fuit à quingentis annis: ergo non fuit. & fuit quando formatus est. Primũ ar.

¶Secundo sic. Nulla meretrix erit virgo, est vera, ergo meretrix erit virgo, falsa, primam probo. Hæc quę est meretrix nõ erit virgo, & sic de omnibus descendentibꝰ numerando omnes meretrices quę sunt. ij. argum.

¶Tertio sic. Nullus homo mortuꝰ est viuus, Christus est homo mortuꝰ, ergo non est viuus maior videtur vera per falsitatem suę iij. argum

contradictoriæ, scilicet, per istam, Homo mortuus vel, qui ẽ mortuus est viuus.

¶ Item, Omnis propositio de preterito vel futuro. &c. vera debet habere suam vel suas de inesse veras.

Pars respõ

¶ Pars responsiua.

ad primũ. Respondetur ad primum negando illam, Adam non fuit, & ad probationem. Non fuit à quingentis annis, ergo non fuit. Negatur hæc consequentia. Quia à distributo ad non distributum, ex parte de ly fuit negatum in vltima vniuersali pro omni tempore præterito non valet.

ad.ij.argu ¶ Ad secundum dicitur, q̄ prima negatiua est falsa, & sua affirmatiua vera: & ad probationem dico, q̄ non sufficienter descẽdis. Nam debet descendere pro præsentibus, & futuris meretricibus, & sic dabitur prima quæ manè erit virgo, & postea corrupta, & sic quæ erit virgo manè, erit meretrix post manè.

Ad.iij.arg ¶ Ad tertium. Dicitur primo q̄ ly mortuus potest capi participialiter. Primo modo ampliat terminos præcedentes, pro illo quod obit vel quod obiuit: quare ampliat illud quod est vel fuit & verificatur de homine in primo nõ esse eius, Hic est mortuus participialiter, quia obit, vel obiuit. Et de isto participialiter verum est dicere, Christus est mortuus, quia obit vel obiuit. Sed nominaliter non ampliat, & valet, Qui vixit & modo non viuit.

¶ Sed gratia ampliandæ materiæ, & pro clariori notitia quæritur de veritate istarum propositionũ, Homo est mortuus, an sit vera vel, falsa. Quod sit vera probatur Quia quod est, vel fuit homo est mortuum: ergo homo est mortuus. Sed contra, nullus homo qui est, est mortuus, & omnis homo est homo qui est, ergo nullus homo est mortuus.

¶ Item. Si regulæ supra dictæ essent bonæ sequeretur quòd iste iustus damnabitur, esset vera: sed consequens est falsum. Antecedens probatur, Bene sequitur, qui est vel erit iustus damnabitur,

ergo iustus damnabitur, tenet consequentia ab exponentibus ad exponibilem . Sed falsitas consequentis probatur . Quia propositio vera de præterito debet habere aliquam veram de præsenti, sed ista nunquã erit vera, Iustus damnatur

¶ Respondetur ad primum argumentorum ponendo aliquas regulas.

¶ Sequuntur regulę.

¶ Prima regula . Argumentum à magis amplo ad minus amplum,, cum distributione magis ampli, posita constantia minus ampli, est bona consequentia , vt bene sequitur, omnis homo fuit albus, & homo est, ergo homo qui est fuit albus. Item, Omne animal fuit nigrum, et animal est, ergo animal quod est fuit nigrum. Prima. re.

¶ Secũda regula. A magis amplo ad minus amplum sine distributione magis ampli non valet consequentia. Vnde non sequitur: homo fuit albus, ergo homo qui est fuit albus. ij. regula.

¶ Tertia regula. Argumentum à minus amplo ad magis amplũ, sine distributione magis ampli est bona: vt homo qui est fuit albus, ergo homo fuit albus. iij. regula.

¶ Quarta regula. Argumentum à minus amplo ad magis amplum cum distributione magis ampli non valet: vt, non sequitur , Omnis homo qui est fuit albus. Sic patet solutio ad primum argumentum, quia arguitur à minus amplo ex parte de ly Omnis homo, qui est, ad magis amplum: scilicet, Nullus homo est mortuus. iiij. regul

¶ Ad declarationem secundi dubij respondetur per sequentes propositiones.

¶ Prima propositio. Omnis propositio de præterito vel futuro vel aliquo modo ampliatiuo, ad hoc quod sit vera reducenda est ad vnam veram de præsenti. pri. propo.

¶ Secunda propositio. Si in propositione de preterito, vel futuro ponatur aliqua determinatio præteriti, vel futuri, talis determinatio debet dimitti in reductione earum ad vnam de præsenti vt, Ego fui heri, sic reducitur Ego sum , Ego bibam cras sic, Ego bibo. ij. propositio

¶ Tertia ppositio. Si tales propositiones sũt de copulato extremo debẽt reduci p plures ppositiões i cõiũcti sũptas: vt, Adã, Noe, & iij. propo.

Abraam fuerunt ſic reducuntur Adam eſt. Noe eſt. Abraam eſt

iiij. ꝑpoſi. ¶ Quarta propoſitio. Si in talibus propoſitionibus ponatur terminus mentalis vel æquiualens debet reduci ad ſuas de preſenti: ſecundum exigentiam numeri: vt, Eua peperit duos filios, ſic reducitur. Eua parit iſtum filium. Eua parit iſtum filium.

v. ꝑpoti. ¶ Vltima ꝑpoſitio. Si tales ꝑpoſitiones cõſtituũtur ex tribus cõtrarijs, vel repugnãtib⁹, & ſũt pticulares vel indeffinitæ, loco ſubiecti debet poni pronomen demonſtratiuum, demonſtrans illud ꝑ quo ſupponebat ſubiectũ: vt. Album erit nigrum, reducitur ſic Hoc eſt nigrũ: ſed ſi tales ꝑpoſitiones ſũt vniuerſales debẽt reduci per plures ſingulares ſucceſſiuẽ poſſibiles: vt, hæc eſt vera, omnis homo morietur, quando vnus ſolus homo morietur, debet reduci ſic. Iſte homo morietur quando vnus ſolus moritur. &c.

¶ De appellatione.

De appellatione autẽ agenda ſũt ſequentia.
¶ Primum, quotuplex eſt appellatio.
¶ Secundum, quid ſit.
¶ Tertium ponere regulas, ad cognoſcendum quo modo termini appellent ſua ſignificata.
¶ Quartum, mouere aliqua dubia.

Ad primũ duplex ap pellatio. ¶ Ad primum dicitur, ꝙ duplex eſt appellatio: formalis ſeu realis & rationis. Prima diffinitur ſic.

¶ Appellatio, eſt acceptio termini connotatiui in propoſitione pro ſuo ſignificato formali adiacenti: vt, homo albus, vel nõ adiacenti vt, Pauper, vel denominantia alterum ſecundum aliquam differentiam temporis: vt, monachus eſt albus.

duplex cõ notatiuus ¶ Et nota, Quod duplex eſt terminus connotatiu⁹, ſilicet, priuatiuus & poſitiuus. Exemplum primi, Cæcũ, Claudũ, Pauper, Carens, Egens exemplum ſecundi, Album, Nigrum, Rubeum.

duplex ſig nificare cõ notatiui. ¶ Item notatur, ꝙ terminus connotatiuus habet duplex ſignificatum ſcilicet materiale, & formale.

Materiale & forma le quid. ¶ Materiale dicitur illud pro quo ſupponit formale q̃d Importat principaliter, vel illud quod connotat alteri ad iacere. vel non ad

iacere: vt album materialiter significat Sortem: formaliter importat albedinem. De his significatis est controuersia inter doctores, quidam dicunt quod connotat formale. Alij quod connotat materiale. Scotus in primo, distinctione quarta.

¶Item nota, quod terminus connotatiuus aliquando accipitur pure adiectiue, & tunc significat formale significatum: vt ibi, homo albus, ly Albus significat solam albedinem per modum alteri haerentis, id est, substantiae. Alio modo capitur adiectiue & substantiue: vt Album, & tunc importat materiale significatum & formale: puta Sortem & albedinem: vt, album currit id est, Sortes habens albedinem currit.

¶Sequuntur regulae.

Prima re.

PRima, vel terminus connotatiuus ponitur solitarie, vel cum termino absoluto, vel cum termino connotatiuo. Exem. pri. album currit. Exemplum secundi, homo albus currit. Exemplum tertij, Sortes est albus monachus primo modo appellat suum significatum formale ad iacere rei pro qua supponit ly album. Si secundo modo: apellat albedinem haerere rei pro qua supponit ly homo. Si tertio modo apellat significatum formale conuenire rei appellatae per alium terminum connotatiuum: vt, Sortes est albus monachus, Ibi albus appellat albedinem inhaerere rei quae connotatur per illum terminum monachus: modo iste terminus monachus appellat habitum monachalem, ideo sensus est, Sortes est monachus habens habitum album. Item iste terminus, Tuus in hac propositione. Iste canis est tuus, appellat te possessorem. Sed in ista, Iste canis est pater tuus appellat te filium genitum a cane.

¶Secunda regula, Quando duo termini connotatiui ponuntur a parte eiusdem extremi, quorum vnus est determinabile & alius determinatio, determinabile praecedit, & determinatio sequitur, appellant sua significata formalia inhaerere vel non inhaerere pro eodem tempore verbi praecise: vt, Petrus percussit papam. Discipulus docuit magistrum. Filius percussit patrem. Ideo adueritatem talium propositionum: requiritur quod ista percussio, sic facta in tempore illo quo ille erat papa, Et quod esset etiam magister ille doctus ij. regula.

à discipulo suo. Aliter fit cōnotatio in his, Petrus papam percussit. Discipulus magistrum docuit. Filius patrem percussit: quia ampliantur pro illis qui sunt, vel fuerunt. &c. Vnde istę sunt veræ, Discipulus magistrum docuit, qui non docuit magistrum. Heri episcopus prædicauit, sed non prædicauit episcopus heri Lucia virgo peperit, quē nō peperit virgo. Anima Christi vnita corpori descendit ad inferos, & non descendit vnita corpori ad inferos.

iij. regula ¶ Tertia regula. Terminus connotatiuus appellat suum significatum, secundum exigētiam suppositionis restrictè, vel amplè: vt Homo albus currit pro præsenti. Album erit homo ibi pro præsenti, & futuro. Album potest esse nigrum pro præsenti, præterito, futuro, & possibili: vt, Pulchrum imaginatur fœdum, pro præsenti, præterito, futuro, possibili, & imaginario: quapropter differentia est inter has propōes. Crudum hodie cōmedisti, Et hodie cōmedisti crudum. Sanctus in cœlo erit peccator. Pater erit Sortes, quādo Sortes non erit pater. Pater manebit Ioānes quādo Ioannes non manebit pater.

Triplex appelatio. ¶ Vltimo dicitur q triplex est, appellatio. Actiua, intellectus. Passiua, terminus appellatus, Formalis, Dicitur terminus appellans. Exemplum. Homo albus.

Appelatio rationis. ¶ Vltimo nota, q appellatio rationis importatur per terminū significantem actum animæ interiorem: vt, Cognosco, Intelligo, Opto, Cupio, Volo, Diligo. Vnde dupliciter dicitur talis terminus appellare suum significatum formale: primo per propriā rationem, secundo sub disiunctione ad omnes rationes conuenientes. Et terminus importans actum animæ interiorem appellat proprium conceptum termini immediatè sequentis supra eius significatum: vt. Cognosco papam. Diligo bonum. Opto vinum, ibi ad veritatem istarū requiritur q sub ratione qua est papa: qua est bonum: qua est vinum. &c. Sed si terminus præcedat dictionem importante mactum interiorem, sufficit q sub illa ratione, vel alia conueniente sibi cognoscatur: vt, Papam cognosco, scilicet, sub ratione papæ, vel hominis vel animalis, vel entis: non tamen sub ratione lapidis, vel bruti, quia talis sibi non cōueniunt.

¶ Argumēta, & dubia gratia breuitatis dimitto lectori discreto.

¶ De Diſtributione

DE Diſtributione pauca tanguntur in præſentiarum quia in materia deſcenſus ad longum pertractata eſt: nec non in tractatu ſuppoſitionis, verũ ne pede ſicco trãſeamus de ea ipſa quędã neceſſaria notem⁹

¶ Primo, quid ſit diſtributio logica.

¶ Secundo, dicetur de multiplicitate ſignorum diſtributiuorum

¶ Tertio, ponentur aliquę regulę.

¶ Quarto mouebũtur dubia, & formabuntur argumenta.

¶ Ad primum. Diſtributio (ſecundum Petrum Hiſpanũ) eſt multiplicatio termini cõmunis per ſignum vniuerſale: vt omnis homo currit. Nullus equus diſputat. Quęlibet mula eſt ſterilis vel ſic deſcribitur. — Ad primũ Diſtributio quid.

¶ Diſtributio eſt acceptio termini communis, ꝑ omnibus ſuis ſignificatis copulatiuè: vt, Omnis iuſtus ſaluabitur: ergo iſte iuſt⁹ ſaluabitur, & iſte iuſtus ſaluabitur. — alia diffini

¶ At ſecundum. Signa diſtributiua, alia dicuntur ſubſtantię alia accidentis. Exemplum primi. Omnis, Nullus. Exemplũ ſecundi Quilibet. Quantumlibet. — Ad ſecun. Duplex ſignum,

¶ Item alia ſunt affirmatiua alia negatiua: vt, Omnis, Null⁹, Vniuerſus, Singulus, Quot. Alia duorum: vt, Vterque, Neuter. Alia diſtributiua pro ſingulis generum, alia pro generibus ſingulorũ Exẽplum primi, Omnis homo currit, Exemplum ſecundi: Omne animal fuit in archa Noe, — Itẽ multiplex ſignũ

¶ Pars argumentatiua.

PRimum argumẽtum, Omnis homo & alius homo ſunt. Probatur. Sortes & alius homo ſunt, Plato & alius homo ſunt & ſic de ſingulis. Quod ſit falſum probatur quia Alius, eſt relatiuum diuerſitatis: ergo ſ. pponit pro diuerſo ab hõie, ſed nõ eſt alius homo ab omni homine, ergo ſequitur q; primũ eſt falſum ergo ly omnis non eſt ſignum diſtributiuum. — pars argu.

Confirm. ¶ Confirmatur. Omnis homo & asinus currit. Omnis, non distribuit totum subiectum, ergo non est signum distributiuum.

ij. argu. ¶ Secundo argu. Sic. Quodlibet qualelibet de quolibet tali, scit ipsum esse tale quale ipsum est posito q Sortes sciat grammaticã, logicã, & rethoricam: & Plato, & Cicero similiter, & sciant se habere eas, & sint alij tres homines, quorum vnus, sciat tantum modo logica, & alius rethoricam solum, & alius grammaticam solum, & nesciant se habere eas, & de alijs nihil sciant: & alij sciant de se, & de istis, & nõ sint plures homines, nec plures qualitates. Probatio. Hoc qualelibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est, & hoc qualelibet scit ipsum esse tale quale ipsũ est, & sic de tertio, & de quarto, & de alijs, sed consequens est falsum, quia non quodlibet grãmaticũ de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est (vt patet per casum) ergo ista signa vidẽtur variare veritatem propositionis.

iij. argu ¶ Item argui sic Omne animal fuit in archa Noe, ergo ego qui sũ animal fui in archa Noe, quod est falsum.

iiij. argu. ¶ Quarto arguitur sic. Ab vtroq; istorum enuntiatum ẽ verum ergo enuntiatum ab vtroq; istorum est verum, per conuersionẽ sed consequens est falsum, ergo & antecedens.

v. argu. ¶ Quinto arguitur sic, Omnis vel aliquis homo currit ergo currens est aliquis homo.

vj. argu. ¶ Item argum. sic. Vterq; istorum est homo vel asinus (posito q vnus sit homo, & alius asinus) probatur. Iste est hõ vel asinus, ergo vterq; istorũ est hõ vel asin⁹, tũc vltra vterq; istorũ ẽ homo vel asin⁹, ergo vterq; est hõ vel vterq; ẽ asin⁹ Sed cõsequens est falsũ ergo & antecedens.

¶ Pars responsiua.

Ad prim. Ad primum respondeo, q prima est simpliciter falsa. s. omnis homo & alius homo sunt, quia ab omni homine nõ est alius homo, probatio eius peccat secundum fallaciam figuræ dictionis, arguendo a pluribus determinatis ad vnam determinatam, respectu multitudinis: quia non sequitur. Iste hõ & alius homo sunt: ergo iste homo & alius homo sunt.

Ad cõfim ¶ Ad confirmationem respõdetur, q signum vniuersale affirma-

tiuum in singulari sumptum, nunquam distribuit copulatum. Ratio, Quia copulatum æquipollet in numero plurali. Et sicut ista est incongrua, Omnis homines currit, ita ista, Omnis homo, & asinus. Sed si formetur argumentum sic, Omnes homines & asinus currũt, aliter esset dicendum.

¶ Ad secundum respondeo, ꝙ prima est vera, & probatio peccat secundum fallatiam consequentis, arguendo ab inferiori ad superius, cum distributione superioris. Quia Qualelibet, supponit tãtum pro tribus hominibus habentibus omnem qualitatem. Sed Grãmaticus in descendente, non tantum supponit pro illis tribus: sed etiam pro quarto habẽte solam grãmaticam, & pro quinto habente solã rethoricã, & pro sexto habẽt solã dialecticã. Vnde non sequitur, Qualelibet ergo grãmaticũ. Quia in plus se habet grãmatica quam, qualelibet, & sic arguitur ab inferiori ad superius, cum distributione superioris. Ad.ij. arg

¶ Ad tertium (omne animal fuit in archa Noe) respondetur per propositiones. Ad.iij.ar.

¶ Prima propositio. Illa propositio accipitur à sanctis viris tan quàm vera, & catholica: cuius sensus est: De qualibet specie animalis, animal fuit in archa Noe. j. Propõ.

¶ Secunda propositio. De rigore logico illa propositio est falsa, quia secundum doctores, nullum signum potest distribuere terminum cui additur, nisi includat suum terminum specie, vel genere. ij. propo.

¶ Tertia, Sequitur ex proxima propositione, ꝙ cum hoc signum omnis, vel omne non includat terminum includentem genus, vel speciem non distribuit subiectum illius, pro generibus singulorũ. iij. propõ

¶ Quarta propositio. Signa includẽtia terminum specie, vel genere, cum actu distributiuo sunt, Quodlibet, Quot, Qualelibet Quantũlibet, Quotiens cunq;. Et sic istæ propositiones veniũt exponendæ. Quelibet partes continui sunt in continuo, Quantus cũq; ẽ homo est animal. Quotiẽs cunq; fuisti Parisius fuisti homo, & sic de similibus quarũ expositio relinquitur erudito lectori iiij propo

¶ Ad Quartum respondetur, ꝙ casus solet poni sic, ꝙ Petrus dicat istam propositionem, Deus est. Et Sortes dicat istam, Homo ẽ animal. Et ambo simul dicant istam, Homo est asinus. Tunc pro- Ad. iiij.

batur sic. A Petro enunciatum est verũ, & à Sorte enunciatum est verum: ergo ab vtroq; istorum enunciatum est verũ. Sed falsitas eius probatur per suam contradictoriam, Nullum enunciatum ab vtroq; istorum est verum, ergo enunciatum ab vtroq; istorũ non est verum, ista est cõtradictoria primę, & sequitur ex sua sub alternante, putà, nullum enunciatum. &c. Ad quod respondetur, q in casu posito, prima est vera, quia primum enunciatũ, & secundum sunt vera. Et quando improbatur per suam contradictoriã Ab vtroq; istorum enunciatum est verum, sequitur ex sua sub alternante Respondeo, negando consequentiam, quia arguitur ex parte de ly, Enunciatum etiam stante confusé tantum, ad ipsum stantem confusé distributiué. Vnde in ista, Ab vtroq; istorum enũciatum est verum, stat confusé tantum, Et in ista nullum enunciatum ab vtroq; istorum est verum stat confusé distributiué, & ita est fallacia figurę dictionis. Vnde sequitur q illa nullum enunciatum. &c. Non est subalterna istius, Ab vtroq; istorum enunciatum non est verum. Contradictoria primę est ista, Nõ ab vtroq; istorum enunciatum est verum. Et importat illam multitudinem disiunctiué, & non copulatiué, dicendo sic. Ab vtroq; istorum enunciatum non est verum, vel, Ab vtroq; istorum enunciatum non est verum, ergo prima vera. Sequitur etiam, q omnis propositio affirmatiua, in qua ponitur hoc signum Vterq;, à parte prędicati semper est falsa, vt, vterq; istorum est vterq; istorum demonstratis duob⁹ hominibus, patet per descendentes, iste isto rum est vterq; istorũ, iste istorũ est vterq; istorũ. Et si quis arguat. Iste istorum est iste istorum, demonstrando se ipsum in prima, & secunda, & iste istorum est iste istorum, ergo vterq; istorum est vterq; istorum. Respondeo, q non bene descenditur, quia in descendentibus semper debet verificari idem prędicatum de diuersis subiectis dicẽdo sic, iste istorum, id est Sortes, est iste istorum, id est idem Sortes, & iste istorum, putà Petrus est iste istorum, scilicet Sortes quod est falsum.

Nota, obiectio. Solutio.

Ad quin- ¶ Ad quintum respondetur, q consequentia non valet, arguitur enim à termino stante confusé tantum ad ipsum stantem determinatè. Non enim valet animal est homo, ergo animal est omnis homo. Item, dico q illud disiunctum, Omnis, vel aliquis, ly omnis potest distribui pro solis masculinis propter illam copu-

Iam implicationis, Aliquis &, p nulla fœmina sicut in ista, Quilibet homo currit.

¶Ad sextum respõdetur, ꝙ in casu illa est vera, Vterq; est homo vel, asinus: vt patet per descendentes eius. Et quando vltra arguitur, Vterq; est homo, vel vterq; est asinus. Dico, ꝙ cõsequẽtia non valet, quia arguitur, iste ẽ homo vel asinus, & iste ẽ homo, vel asinus, à copulata, ad copulatiuam, & virtualiter arguitur à minus amplo, ad magis amplum, vel a non distributo, ad distributum simpliciter. Ad sextũ

¶De exponibilibus.

PRogredientibus nobis more solito, tria in præsentiarum determinanda veniunt.

¶Primum. Quid sit propositio exponibilis.

¶Secundum. Quæ sint signa exponibilia.

¶Tertium. Quæ sit propositio exclusiua, & quotuplex, & sic de alijs speciebus exponibilium.

¶Ad primum dicitur, ꝙ propositio exponibilis, est propositio habens sensum obscurum, ratione alicuius signi in ea positi: vt, vnica fœmina est in paradiso, tantum homo currit. Propositio exponibilis quid

¶Dicitur notanter, Ratione signi in ea positi, quia licet ista Papa dormit. Et ista, Sortes currit, habeãt sensum obscurum non tamen sunt exponibiles, sed bene iste. Omne animal præter hominem est irrationale. Præcisé creatura rationalis est beatificabilis.

¶Secundum notandum est, ꝙ propositio exponibilis, habet pro correllatiuo propositionem exponentem, vel propositiones exponentes. Dicitur, exponentem, quia semper exponibilis exponitur per vnam propositionem hypotheticam copulatiuam vel disiunctiuam. Exemplum primi, tantum animal est homo, quæ sic exponitur. Animal est homo, & non non animal est homo, id est nullum non animal est homo, est exponens huius, tam tum animal est homo. Exemplum secundi, Non tantum animal non est homo, sic exponitur, Omne animal est homo, & aliquid

non animal est homo. Dicitur exponentes, propter cathegoricas ex quibus componitur illa hypothetica.

Signa exponibilia

¶ Ad secundum dico, quod signa exponibilia sunt exemplariter, ly Tantum, Præter, Quia, Ea ratione qua, Incipit, Dessinit, Prius, Posterius, Fortior, Fortissimus, Differt, Distinguitur, Sicut, Ita & sic de similibus, vt suis in locis patebit.

¶ De exclusiuis.

Propositio exclusa dicitur tripliciter.

ANtequam diffiniamus propositionem exclusiuam notandum est, quôd alia est propositio exclusa, alia exclusiua. Iterum propositio dicitur exclusa tripliciter, vel ratione subiecti tantum, vel ratione prædicati tantum, vel ratione copulæ tantum. Exemplũ primi, tantum homo est animal, cuius sensus talis est, aliquid quod est tantum homo est animal. Vel sic, illud quod est homo, & nõ est non homo est animal. Et dicit Scotus, quod signum exclusiuum additum subiecto excludit respectu prædicati om̃e illud de quo verè non dicitur, neq; per se, neq; per accidens: vt, solum albũ currit, non excludit hoc album, de quo per se dicitur: vt, dicendo hoc album est album. Neq; excludit Sortem, de quo per accidens dicitur: vt, Sortes est albus. Neq; excludit magnum, vel quantum de quibus per acidens dicitur: vt dicendo, quantũ est album, & magnum est album, sed excludit nigrum, & Deum, de quibus, neq; per se, neq; per accidens decitur, dicendo, nigrum est album, vel Deus est albus.

Exclusiua ratiõe subiectu.

Exclusa ratione prædicati.

¶ Sed propositio dicitur exclusa ratione prædicati, quãdo dictio exclusiua additur prædicato: vt, Homo est solum animal, & de ista inquit Scotus, quôd logica non traditur communiter de exclusione addita prædicato.

¶ Secundo dicit in lib. tertio, distin. septima, quæstione secunda in solutione primi argumenti, quod signum exclusiuum additũ prædicato totum excludit respectu subiecti, quod nõ formaliter, vel essentialiter dicitur de prædicato, neq; è contra, maximè eiusdem

rationis: vt, Hoc est solum album, denotat q; nulla alia qualitas hæreat illi subiecto nisi albedo, & sic ista propositio in sacra pagina negatur, Christus est solum homo, & ista similiter, Christus est solum Deus.

¶ Et nota q; secundum opinionem Doctoris subtilis, diuersitas inter subiectum, & prædicatum (ratione dictionis exclusiuæ) est q; subiectum stat pro supposito, & prædicatum dicit formam suppositi. Exemplum primi, Tantum homo est animal. Exemplum secundi, Homo est tantum animal.

¶ Tertio dicitur propositio exclusa, & non exclusiua, quando dictio additur solum copulę, & virtus eius non transit in prædicatum: vt, Homo tantum est animal, cuius sensus est, homo est animal, & non est non animal. Pater in diuinis solum est Deus, id est, Pater est Deus, & non est non Deus. Exclusa ratiõe copu

¶ His suppositis, sic diffinitur propositio exclusiua. Propositio exclusiua est quãdo dictio exclusiua fertur super subiectũ, & prædicatum, & copulam, videlicet, confundendo vnum, distribuendo alterum extremorum, & negando copulam, vel eam vniuersaliter affirmando, si extrema sint confusionis distributionis q; capacia: vt, Tantum animal est homo, ly animal confunditur, & ly homo distribuitur, ly est, negatur in vna exponẽtium, & affirmat ly est vniuersaliter in sua conuertente. Duo prima sunt nota, sed tertium, & quartum declaro sic, Tertium negat copulam in hac exponente, Homo est animal, & nil non homo est animal. Quartum patet in hac conuertente, Tãtum animal est homo, ergo omnis homo est animal. Dicitur notanter, Si extrema sint capacia. &c. Quia hic, tantum Sortes est hoc album, nulla est confusio, nec distributio, cum extrema illius sint incapacia distributionis, & confusionis. diffinitur ꝑpositio, exclusiua

¶ Ad secundam partem tertij membri dicitur, q; quadruplex est propositio exclusiua. Vel verius, propositio exclusiua potest ordinari quadrupliciter. Ad sc̃dm. quadrup. exc'usiua

¶ Prima ꝑpõ est in qua nulla ponitur negatio: vt, Tm̃ De' est De' Prim' or-

¶ Secunda est in qua ponitur negatio ad solam copulam: vt, non tantum Deus est Deus. do ꝑposi Sc̃d' ordo

¶ Tertia ꝑpositio est, in qua ponitur negatio in principio totius propositionis: vt, Non tantum Deus est Deus. Terti' or.

K

iiij. ordo. Quarta propositio est, In qua ponuntur duæ negationes, vna in principio, alia ad copulam: vt, Non tantum Deus non est Deus. Prima, & secunda contrariātur. Prima, & tertia contradicunt. Prima, & quarta subalternantur. Secūda, & tertia subalternātur. Secūda, & quarta contradicunt. Tertia & quarta sub cōtrariātur

tria notā. ¶ His vtcunq; enucleatis. Tria sunt à nobis examinanda.

j. notādū. ¶ Primum. Qualiter exponuntur prædictæ propositiones.

ij. notādū ¶ Secundum. Quomodo supponūt extrema harū propositionū

iij. notan. ¶ Tertium vero, qualiter arguatur ab exponibili ad exponentes, & econtra.

Ad. j. notā Expō. ppositionū pri mi ordis. ¶ Quo ad primum dicitur, q̄ propositio primi ordinis, in qua nulla ponitur negatio, exponitur cōmuniter per vnam copulatiuam, cuius prima pars est præiacens, idest, eadem propositio dēpto signo exclusiuo, secunda vero est vna propositio vniuersalis negatiua, cuius subiectū est terminus infinitus, prædicatū vero terminus finitus sed negatus: vt, tantū Deus est Deus, sic exponitur. Deus est Deus, & nihil nō Deus est de⁹, idest, oē non De⁹ nō est De⁹. Dixi cōiter quia scdm Paulū Scriptorē, Ois propositio exclusiua affirmatiua, pōt exponi per vnā cathegoricā tm̄: vt, tātū Deus est Deus, sic exponitur, nullū non Deus est Deus.

Nota.

Expō scdi ordinis. ¶ Propositio vero secundi ordinis, in qua ponitur negatio ad copulam tantum, exponitur per vnam copulatiuā, cuius prima pars est præiacens illius exclusiuæ, secunda vero est vniuersalis affirmatiua, cuius subiectum est terminus infinitus: vt, tantū Deus non est Deus, sic exponitur. Deus non est Deus, & omne non Deus est deus.

Expō ppō nū. iij. or ¶ Propositio vero tertij ordinis, in qua ponitur negatio in principio ppositionis, exponitur per contradictorias disiūctiuē, exponentium exclusiuę primi ordinis: vt, Nō tantum Deus est deus sic exponitur, Nullus Deus est Deus: vel aliquid nō De⁹ est De⁹.

Exposito ppositiō iiij ordinis. ¶ Propositio quarti ordinis exponitur per propositiones cōtradictorias exponentium exclusiuę, secundi ordinis: vt, Non tantū Deus non est Deus, sic exponitur, Omnis Deus est Deus, vel aliquid non Deus non est Deus.

Ad. ij. dub ¶ Ad secundum dubium. Rñdetur, q̄ extrema propositionum exclusiuarum supponūt secundum exigētiam signorum in eis positorum, aliquando discretè, aliquando determinatè, aliquando

confusé tantum, aliquando confusé & distributiué. Exemplũ primi, Tantum iste Deus est pater indiuisus, vbi tã ly Deus, quàm ly pater supponunt discreté, ly Deus ratione pnominis, ly pater, quia vnus solus est indiuisus, & singularis. Exemplum secundi, Tantum. b. Deus est. b. sapientia, tenendo q ly tantum impediatur per ly. b. ad standum determinaté, & non confusé. Exemplum tertij, Tãtum Omnis homo est animal, tam ly homo, quã ly animal, distribuitur. Exemplum quarti, Tantum homo est, a, homo, tenendo q ly, a, impediat ly tantum, ne distribuat prædicatum, quod forté non admittetur, sed dico, q exempla nõ dantur vt ita sit, sed vt per ea veritatem addiscamus.

¶ Quõad tertium ponuntur quędam regulę. Ad. iij. du

¶ Prima regula. Ab exponibili ad eius exponentes, & ẽ cõtra. va Prima re let consequentia. Exemplum primi, Tantum Pater est generans ergo Pater est generans, & nihil non Pater est generans. Iterum Pater est generans, & nihil non Pater est generans, ergo tantum Pater est generans. Exemplificet plus lector in alijs ordinibus.

¶ Secunda regula. Ab exponente disiunctiua, ad suam exponibilẽ valet consequentia, & etiam à parte ipsius exponentis ad totã exponibilem, quemadmodum à parte disiunctiuę ad totam disiunctiuam est bona consequentia, & non ẽ contra. Exemplum primi Nullus Pater est generans, vel aliquid non pater est generans, ergo non tantum Pater est generans. Exemplum secundi, Nullꝰ Pater est generans, ergo nõ tantũ Pater est generans. Itẽ aliquid non Pater est generans, ergo non tantum Pater est generans. ij. regula.

¶ Tertia regula. A parte copulatiuę exponentis, ad totam exclusiuam non valet consequentia, quemadmodũ à parte copulatiue ad totam copulatiuam non tenet. Exemplũ, Pater non est essentia diuina, ergo tãtũ Pater non est essentia diuina. Item, Omnis non Pater est essentia diuina, ergo tantum Pater non est essentia diuina. Sequela est nulla, saltem ratione formę arguendi, potest tamen esse bona, gratia materię, vel quia antecedens est impossibile, & consequens necessarium. iij. regula

¶ Quarta regula. Ex duabus exclusiuis infertur formaliter exclusiua: vt, Tantum Logicus est disputans, & tantum Artista est logicus, ergo tantum Artista est disputans. iiij. regu.

¶ Quinta regula. Ex maiore exclusiua, & minore non exclusiua v. regula.

prædicato distributo,sequitur formaliter conclusum:vt,Tantum Artista est disputans:& omnis Logicus est Artista,ergo omnis logicus est disputans.

vj.regul. Sexta regula.Ex maiore vniuersali non exclusiua,& minore exclusiua,sequitur conclusio nō exclusiua:vt, Omnis logicus est disputans,& tantū Artista est Logicus,ergo Artista est disputās

Ali'mod⁹ arguēdi. Est alius modus arguendi in his propositionibus, qui vocatur conuersio,vel potius cōsequutio vnius ex alio,pro qua ponuntur regulæ.

Prima re Prima regula.Propositio exclusiua,in qua non ponitur negatio,conuerritur in vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis,remota dictione exclusiua:vt,Tantum Deus est Deus,ergo omnis Deus est Deus,Tantum animal est homo,ergo omnis homo est animal.

Sēda reg. Secunda regula.Propositio negatiua in qua ponitur negatio ad copulam solum,cōuertitur in vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis,cuius subiectum est terminus infinitus:vt, Tantum substantia non est accidens, ergo omne non accidens est substantia.

iij.regula Tertia regula.Propositio exclusiua in qua ponitur negatio solum ad dictionem,conuertitur in particularem negatiuam,mutando terminos finitos in infinitos:vt,Non tantum animal est homo,ergo non homo non est non animal.

iiij.regu. Quarta regula.Propositio in qua ponuntur duæ negationes ad dictionem (videlicet) & ad copulam, conuertitur in propositionem exclusiuam in qua ponuntur duæ negationes: vt, Non tantum asinus non est lapis,ergo non tantum lapis non est asinus Etisti modi arguēdi,nō sūt vniuersaliter cōsequētiæ formales.

parsargu

Contra prædictam materiam.

Primū argumētū. Arguitur primo sic,contra primum modum exponendi propositiones exclusiuas.Solus Deus qui est Pr est de⁹,ergo solus pater ē Deus,antecedens patet,quia solus De⁹ qui est ꝑ est trinitas,ergo añs verum.Sed sequela probatur per simile,quia bene sequitur solū animal quod est hō currit,ergo sol⁹ hō currit.

¶Secũdo arguitur sic. Solus Deus ẽ Pr̃, ergo solꝰ Pr̃ ẽ Deus. Cõse- ij. argu.
quẽtia est bona per cõuersionẽ simplicẽ, & antecedens ꝓbatur p
exponẽtes. Sic .n. exponitur, Deus est pr̃, & nullus nõ deus est pr̃.

¶Tertio arguitur sic. Sollus Deꝰ est Deus, ergo omnis Deꝰ est deꝰ. iij. argu.
vltra Ois Deꝰ est deus, ergo pr̃ est Deꝰ. Vltra, Si solus Deꝰ est deꝰ
ergo nullꝰ nõ Deus est Deꝰ, nec aliqs nõ Pr̃ est Deꝰ, qa pr̃ nõ ẽ nõ
Deꝰ, sed deꝰ. Et vltra, Si nõ aliqs nõ Pr̃ ẽ deꝰ, ergo solꝰ deꝰ Pr̃ ẽ deꝰ.

¶Quarto arguitur sic. Ab exponẽtibꝰ ad exponibilem nõ est bo iiij. argu.
na cõsequẽtia, ergo dicta nulla. Non .n. sequitur, homo est ho-
mines, & nihil non homo est homines, ergo tantum homo est
homines. Maior est vera, tenendo q̧ quęlibet pars homis est hõ
sed exclusiua videtur falsa. Patet per exponentes, homo est homi
nes, & nihil non hõ est homines. Secunda Exponens est falsa, cũ
sua cõtradictoria sit vera, putà, aliquid quod est hõ est homines.

¶Confirmatur. Tm̃ falsum est ꝓpositio exclusiua, sic exponitur
Falsum est propõ exclusiua, & nihil nõ falsum est propõ exclusi-
ua, quę propõ est falsa, in casu, quod aliqua propositio vera sit ex
clusiua: vt, tm̃ animal est homo, sed ãns in casu põt esse verũ: vt,
videtur, posito q̧ sola propositio falsa sit exclusiua.

¶Quinto arguitur sic. Cõsequentia qua arguitur à termino stã v. argu.
te confusè tantum, ad ipsum stantem determinatè est mala, sed in
his exponentibus, & exponibilibus contingit talis deffectus, er
go sequitur quôd non est congruus modus arguendi, ab exclusi-
ua ad suas exponẽtes: vt, tm̃ animal est hõ, ergo aĩal ẽ hõ, ly aĩal
in exclusiua supponebat cõfusè tm̃, & in exponẽte determinatè.

¶Confirmatur. Tantũ homo ois homo est, quę videtur vera, Confirma
ergo homo omnis homo est, quæ manifestè est falsa.

¶Sexto arguitur sic. Tãtum animal est homo, ergo tantum ani- vj. argu.
mal est. Tenet eñ consequentia, de tertio adiacente, ad proposi-
tionem de secũdo, vnde bene seqtur, Sortes est albꝰ, ergo Sortes est

¶Confirmatur. Tantum Deus est sũmum bonum, ergo Deꝰ est. Cõfirma.

¶Vltimo arguitur sic. Quęrendo de veritate istius, suarunq; ex vij. argu.
ponentium. Et sit casus, quôd nomen vnius fœnicis sit .a. item q̧
inter generationem, & corruptionem vnius fœnicis, & alterius
sit tempus medium, tunc sic. Tantũ .a. fœnix erit fœnix.

¶Probatur sic falsitas eius, Omne quod erit fœnix est vel erit .a. viij. argu
sed cõsequẽs est falsũ, posito qd̃ .a. fœnix generetur ĩ tẽpore anti

christi,& infinitè aues isti' generis, pcesserunt fœnicē ergo intentū

Ad.j.argu ¶ Ad primum respōdetur, q. est duplex responsio, realis & logicalis. Quoad primam dicitur quod illa propositio habet duplicem sensum: scilicet compositum & diuisum. Cōpositus sensus est, solus pater est deus, & sic est falsa. Diuisus est, solus De⁹ est pater, & pater est Deus, in qua ly Deus stat p patre tm̄. Et in illa sol⁹ De⁹ est pater, stat pro Deo in cōmuni. Item in creaturis nihil vnum, est realiter in pluribus reb⁹, sed indiuinis sic. Ideo similis cōsequētia valet in creaturis, & nō in deo. Prima pars patet, Solus hō q̄ ē Sortes currit, ergo solus Sortes currit. Secūda patet. Solus deus qui est pater creat, ergo solus pater creat. Vnde añs est verum & consequens est hæreticum, quia añs supponit pro Deo cōmuni Patri, Fillio, & Spirituisācto, cui cōpetit creare, & cōsequēs falsū vt patet per exponentes eius: videlicet Pater creat & nullus nō pater creat quę est falsa, cum Filius & Spiritus sanctus sint nō pater, & tamen creatio competit eis, sicut & patri.

¶ Item, consequētia est nulla. Quia arguitur ab inferiori ad superius negatiuē. Vnde nō sequitur, Solus hō est, ergo solū animal est: nec sequitur, solus pater, ergo solus Deus.

Ad.ij.ar. ¶ Ad secundum argumentum respondetur negando consequentiam, & ad probationē dico, q. propositio exclusiua nō conuertitur simpliciter, nec pprie, & talis nō dicitur cōuersio, sed cōsequutio.

¶ Itē arguitur à termino stāte cōfuse tm̄, ad ipsum stante confusē & distributiuē. Vnde ly Deus, incōuersa stat cōfusē tm̄, & inconuertēte cōfusē & distributiuē, ita in ista, solus pr̄ est Deus cuius sensus est, solus pr̄ est ōis Deus. Ex qua sequitur ista. Omnis Deus est pater, quæ est falsa, si sit distributio cōpleta, & perfecta.

Ad.iij.ar. ¶ Ad tertiū respondetur concedendo totum, vsque illam particulam, Nullus non Deus est Deus, ergo nec aliquis nō pater est De⁹. Et si arguas, bene sequitur, alius à Deo, ergo ali⁹ à patre, cōcedo istam cōsequētiam. Optime. n. sequitur, Alius à Deo, ergo alius à patre, quia ly alius includit distributionem p omni supposito, sed ly nullus nō Deus est affirmatio, ex qua non sequitur negatio, putā, nec aliquis non pater est Deus.

Ad.iiij.ar ¶ Ad quartū respōdet dupliciter, primo negādo illā, hō est hoīes & sic non ē incōueniens ex falso sequi falsū: scd̄o posset rn̄deri, q. illa ē vera, sed scd̄a exponēs nō rectè datur: tenēdo em̄ q. partes hois sunt hō, sic exponitur hæc, Tm̄ hō est hoīes, hō est hoies,

& nihil non hõ,& nulla entia nõ hõ,sunt homo:& hæc est vera.

¶ Ad confirmationem dr̃ q̃ modus exponẽdi harum exclusiuarum est propositionum non se falsifica ntium sicut illa. Ad cõfir.

¶ Ad quintũ r̃ntur. Aliqñ consequẽtia,qua arguitur â t̃ro st̃ãte confusè t̃m,ad ipm st̃ãte determinatè ẽ bona cõsequẽtia: vt patet in his exẽplis,Ois hõ est aĩal,ergo iste hõ est aĩal,ly aĩal in añti supponebat cõfusè t̃m,& in cõsequẽti,determinatè. Itẽ,Ois hõ est aĩal,ergo aliquod aĩal est hõ,est bona cõsequẽtia & formalis & t̃n arguitur â t̃ro st̃ãte cõfusè t̃m,ad ipm st̃ãte determinatè. Ad.v.ar.

¶ Ad cõfirmatioẽ respondetur,q̃ illatio ẽ mala: videlicet ista,t̃m hõ ois hõ est,ergo hõ est ois hõ,cũ ly hõ existens â parte prædicati supponebat determinatè in añti,& in cõsequẽti cõfusè,& distributiuè. Scdm patet,sed primi reddit rõ. Quia ly t̃m,& ly ois lata suply hõ se ĩpediũt,& sic supponebat determinatè,vt dictũ ẽ. Ad cõfir.

¶ Ad sextũ r̃ntur,q̃ illa põt capi in sensu diuiso,vel diuisiuo. Si primo,ẽ mixtę q̃litatis de quib⁹ nullus ẽ modus spẽalis eas exponẽdi. Si scdo similr̃,nõ h̃r modus spẽalis exponẽdi diuisiuas p̃pões,sed quęlibet pars p se põt exponi p aliquẽ p dictorũ modorũ attẽdẽdo vbi nã ponatur negatio,vel ad copulã,vel ad dictioẽ. Ad.vj.ar.

¶ Ad septimũ r̃ntur,q̃ cõsequẽtia q̃ fit â p̃põne de tertio adiecẽte,ad p̃põnẽ de scdo,aliqñ est bona,aliqñ mala: est nẽpe bona ĩ p̃põnibus cõtingẽtibus: vt Sortes ẽ albus,ergo Sortes est. T̃m hõ est currens,ergo hõ est. Est aũt mala,q̃ñ añs est necessariũ,et cõsequẽs cõtingẽs: vt,Adã ẽ aĩal,ergo Adã ẽ,Añchrist⁹ ẽ substãtia,ergo añchristus ẽ. Et ad illã probatioẽ,t̃m De⁹ ẽ sũmũ bonũ ergo Deus est,respõdeo q̃ cõsequẽtia illa ẽ bona,quia tã añs,quã cosis sunt p̃põnes necessarię. De prima notũ est,de secunda aũt dicitur,q̃ existẽtia Dei,est de essentia Dei,vnde ista Deus est, est necessaria, sicut & illa, Deus est summũ bonum. Ad.vij.ar

¶ Ad vltimũ r̃ntur. T̃m.a.fœnix erit fœnix.q̃ talis p̃põ in casu dato erit falsa,patet p suas exponẽtes,T̃m a fœnix erit fœnix. Sic eñi exponitur,A.fœnix erit fœnix,& nihil nõ.a.fœnix erit fœnix, secũda exponens est falsa cũ sua cõtradictoria sit vera. Ad.viij. argumẽ.

¶ Pro declaratione t̃n materię ponũtur aliq̃ dubia. Dũbia.

Primo queritur an ista sit vera,solus deus,qui est p̃r est De⁹, ad quod respõdetur,q̃ ista p̃põ habet sensũ eõpositũ,& ẽ. Prim du.

solus deus qui est pater est Deus, idest, solus pater est Deus, cuius falsitas patet dupliciter. Primo per exponentes sic. Pater est Deus & nullus non pater est deus, quę est falsa, Secundo patet per cõuertentem, solus pater est Deus, ergo omnis Deus est pater, & filius ē Deus, ergo filius est pater. Secundo potes capi illa propositio in sensu diuiso, qui talis est: Solus Deus qui est pater est Deus, ergo solũs Deus est pater, & solus Deus est Deus, & ambę sunt verę in sensu diuisionis.

ij. dubiũ. ¶Secundo quęritur de veritate istius. Trinitas est solus Deus. Ad quod respõdetur, quod est vera, & sensus est, Trinitas ē Deus & non plures Dij, vt si Dicam, video solum Petrum, idest video Petrum & non alium, si tamen exponitur gratia alietatis est falsa propositio: vt patet per exponentes.

iij. dubiũ. ¶Tertio queritur, quid denotet ly solus, quando ponitur post copulam? Ad quod respõdetur (secundum doctorem deuotum) ꝙ licet sequatur copulam quò ad esse pręcedit tamen quòad virtutē, tamē dicitur quod impropriè additur prędicato: vnde ista nõ est ita ꝓpria, Trinitas est solus Deus, sicut ista, Trinitas est vnus solus Deus.

iiij. dubiũ ¶Quarto dubitatur, an solitudo sit admittenda in diuinis. Ad quod respondetur, quod non: quod probatur. Primo, Vbi cunq; stat pluritas personarum in eadem natura numero, ibi non est solitudo, sed in diuinis est de necessitate pluritas personarum, ergo ibi non est admittenda solitudo quò ad numerum personarum, sed bene vnitatem Dei.

¶Secundo. Vbi est summa fœlicitas, ibi est pluralitas, patet duplici authoritate. Prima Hylarij, hr̃ ā magr̃o, in secũdo, distictione secunda. A nobis nec solitarius, neque diuersus Deus est confitēdus. Secunda probatur authoritate Ioãnis de Pecano, fratris ordinis Minorum, in officio trinitatis, quod ipse cõposuit, vbi ait, Non est perfecta consolatio solitario. Quà propter Augustinus sexto de Trinitate inquit, Trinitatē dicimus solum Deum, & res quibus fruendum est sunt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.

v. dubiũ. ¶Quinto dubitatur, quid significet dictio exclusiua, ad quod respondetur per propositiones.

j. propõ. ¶Prima propositio. Dictio exclusiua, putà, ly solus, aliquãdo solum denotat non societatem, sed solitudinem: vt solus Sortes

currit, id est Sortes nō sociatus currit, vnde casu, ꝙ solus Sortes currat, & plures asini currāt, illa est vera, Solus Sortes currit, cū ly solus in casu, nō excludat nisi societatē hominis.

¶Secūda propō. Dictio exclusiua determinat aliqñ terminū cui additur in se, & nō in ordine ad aliū: vt, Solus Sortes est albus. i. existēs solus Sortes ē albus, quia nullus alius est Sortes nisi ipse. ij. propō.

¶Tertia pp. Dictio exclusiua determinat vnū i ordine ad aliū tūm, & tūc significat, ꝙ prędicatū inest solū illi subiecto, & sic illa est falsa, Solus Sortes est albus, quia albedo alijs ā Sorte iest. Vnde aliqui dicūt, ꝙ dictio exclusiua denotat, ꝙ subiectū, & prędicatū sunt inuicē sibi adęquata, ita ꝙ vnū non excedit alterū, & ad dita subiecto respectu prędicati, excludit omne illud ab illo prędicato, de quo subiectū non prędicatur in recto: vt, solus hō est risibilis, sensus est, ꝙ nihil est risibile nisi de quo prędicatur hō, ex quo sequitur: ꝙ cū vnū relatiuū non dicatur de alio, in recto excluditur: vt, Solus pr̄ est albus, ergo filius nō est albus. iij. propō.

¶Sexto dubitatur. An propōnes expōibiles sint hypotheticę, vel cathegoricę, & arguitur ꝙ sint hypotheticę. Aequipolēt hypotheticis, & exponūtur per hypotheticas, ergo sunt hypotheticæ. Respōdetur ponendo aliquas propositiones. vj. dubiū.

¶Prima ppō. Propō dicit ęquiualere alteri dupliciť. Vno modo i significādo. Aliomodo ī cōseq uēdo: & i veritate, & falsitate j. propośi.

¶Secūda propō. Ille propōnes dicūtur æquiualere in significādo, quæ sunt synonymę, & sic se habētes, ꝙ subordinātur vni mētali ꝓpōni, vel plurib⁹ mētalib⁹ synonymis: vt, hę duę vocales, hō currit, & hō currit, subordinātur huic mentali, hō currit, vel his duab⁹ mētalib⁹ synonymis, Hō currit, & hō currit. Similiter Marc⁹ currit, & Tulius currit, vocales seu scriptæ, subordinātur vni mētali. s. Marc⁹ currit, vel saltē duab⁹ mētalibus synonymis. ij. propo.

¶Tertia propō. Ille propōnes dicūtur ęquiualere in cōsequēdo, & in veritate, & falsitate, quarū vna infertur ex alia, & hoc dupliciter, vel i cōsequētia māli, vel in cōsequētia formali. Exēplū primi hō est animal, ergo ois hō est aial, quæ est cōsequētia mālis. Exēplū secūdi. Ois hō est animal, ergo animal est hō, Nulla virt⁹ est viciū, ergo nullū viciū est virtus. Et isto modo æquiualent propōnes æquipolētes, secundū regulas æquipolētiarū, sed non primo modo, putā in significādo: quia captis his duabus propōni iij. propo

bus, Nō quilibet homo currit, & aliquis hō currit, non subordinantur eidē mentali: propter diuersa signa in eis posita.

iiij. propō ¶ Quarta propō respōsiua. Propōnes exponibiles sunt cathegoricę. Probatur, qa aliās, nō haberemus aliquā exclusiuā. I. exponibilē mētalē: & sic, si nō ēet mētalis expōsibilis, neq; vocalis. I. scripta

Exponibiles sūt cathegori. ¶ Secūdo probatur sic. Si propōnes exponibiles nō essent cathegoricę, mētalis expōsibilis, q̄ correspōdet propōni copulatiuæ, nō exponeretur p mētalē correspōdētē exclusiuē, qa eētadē mētalis. ¶ Sic probatur. Si propō exponibilis nō esset cathegorica, copulatiua vocalis nō exponeret exclusiuā vocalē, probatur, quia mētalis clarior nō exponit mentalē obscuriorē, sed hoc est inconueniens, ergo cōcluditur q propōnes exponibiles sunt cathegoricæ non hypotheticę. Et ad probationē in contrariū, æquiualent hypotheticis, ergo sunt hypotheticæ: distinguo aās: quia vel æquiualent in veritate, & falsitate, & in inferēdo, & sic cōcesso aāti, nego sequelā, vel dicis q æquiualēt in significādo: & sic nego antecedens, Etsi arguas, de æquiualētibus idē est iudiciū, ergo si exponibiles æquiualent hypotheticis, ergo sunt hypotheticæ. Respondeo, q de ęquiualētibus in inferēdo idē est iudiciū quō ad veritatē & falsitatē, sed non quō ad alias proprietates logicas, videlicet, esse hypotheticas, vel cathegoricas. Si tñ essent ęquiualētes in significādo, diceretur, si exponētes sunt hypotheticę, & exponibiles, Cōcluditur, ergo, quia propōnes exponibiles sūt cathegoricæ, & nō hypotheticę, licet exponētes sint hypotheticę ¶ Sed ne multa quidē vtilia, necessariaq; itacta relinquātur, iterū contra iā dicta in hac materia multiplr̄ arguitur & primo sic.

Primū ar. ¶ Modus exponēdi primi ordinis est insufficiens, ergo minus bn̄ assignatus Probatur sic. Ex vero sequitur falsū ex tali modo exponēdi propōnes, ergo aās verū, quod sic probo. Tm̄ Deus est ergo De⁹ est, & nihil non De⁹ est. Itē tm̄ Deus ē, ergo omne existens, vel oē ens est Deus. Forte respondebis, quia aās est falsum, puta ista, Tm̄ Deus est, sed probo illud esse verū. Bene sequitur, Deus est, ergo tm̄ Deus est, sicut bene sequitur, Hō est albus, ergo Hō est. Solus Deus habet verū esse, ergo tm̄ Deus est, analogum ex̄ stāt pro famosiori significato, sed q soli Deo competat esse, patet, inquit eñ Deus ad Moisen, Qui est misit me ad vos.

ij. argumē ¶ Secūdo arguitur sic. Tm̄ albū est, hęc propō in casu est vera, sed

exilla sequitur non tantum album esse, ergo duæ contradictoriæ veræ: añs reliquo manifestum, sed sequelam probo, tãtum albũ est, & sic de primo ad vltimũ, tantum album est, ergo non tantũ album est.

¶ Tertio arguitur sic. Tãtum domus est, ergo nullus paries est neq́ fundamentum, ergo non tm̃ domus est. Sequelam probo, nullum fundamentum est, nec paries, ergo neq́ domus, ergo de primo ad vltimum, tantum domus, ergo non tantum dom⁹ est. iij. argu.

¶ Arguitur quarto sic. Tantum homo est, ergo nec anima est, ne q́ corpus humanum. Vltra, nec anima, nec corpus humanũ est ergo non tantum homo est, & sic potest argumentum formari de his sequẽtibus, putã, tm̃ pr̃est, ergo nullus filius est, ad quã sequtur patrem non esse, similiter tantum charitas est. Tantum omnis hõ currit, ex qb⁹ ꝓpõnib⁹ apparet q̇ mod⁹ exponẽdi ẽ isufficiẽs, post q̃m ex veroseqtur falsũ, rñdet primo ad primũ, & sic cõsequẽter. iiij. argu.

¶ Respondetur, distinguendo añs, Quia vel. Ens inclusum in illa copula est, capitur vt est cõmune deo, & creaturæ & sic nego illã tantum Deus est. Vel capitur, secũdo modo pro illo quod ẽ ens participatiuẽ quemadmodum est quælibet creatura, præterita, presens, futura & posibilis, & sic simili͂r est falsa: Videlicet, illa tã tum Deus est. Vel tertio modo capitur ens, vt tantum valet si cut existens, & sic similiter est falsa illa propositio. Vel q̃rto mo do capitur ens pro ente necessario, et absoluto, quod quidẽ ens prædicatur de solo deo & sic illa propõ est vera, Tunc ad formã argumenti datur respõsio logica, concedendo consequẽtiã, sed sicut exponentes sunt falsæ, & cõuertens cõsimiliter, capiẽdo ens primo, & secũdo & tertio modis, ita & añs. Et sic nullũ est incõ-ueniens ex falso sequi falsum. Si tñ Ens capiatur quarto modo, illæ nõ sunt suæ exponẽtes, nec illa cõuertens, sed sic exponitur Tm̃ Deus est, ergo Deus est ens, & nihil nõ Deus est ens necessa riũ, & absolutũ per essentiã, & ã se, & sua conuertens est ista, om ne ens necessariũ absolutum, & ã se est Deus. Ad. j. arg. Ens q̃druplicit͂ põt capi.

¶ Ad secũdũ argumẽtũ. Respõdetur negãdo añs. Hæc. n. propõ tm̃ albũ est, est propõ impossibilis: vt bene probat argumentũ, im portat. n. albũ significatũ materiale videlicet, Sorte͂, vel lapidẽ, & formale, scilicet, albedinẽ, & ex illa ꝓpõne tm̃ albũ ẽ, si sumatur propriẽ ly tm̃, sequuntur he propõnes, ergo albedo non est, vel Ad. ij. ar.

melius, nulla albedo est, & nulla res habens albedinem est. Si tamē ly tantum sūmatur impropriè, potest illa propositio cōcedi, in casu q̧ nullū subiectū sit qualificatum alia qualitate. Et tunc sensus erit, album est, & nihil est alia qualitate qualificatum.

Ad.iij.ar. ❡ Ad tertium respondetur eodem modo, q̧ si ly tm̄ capiatur propriè, propositio illa est impossibilis: vt, bene probat argumentū, si tm̄ capiatur impropriè, sensus erit, Dom⁹ est, & nullū aliud artificiatū est, cum ly domus importet eius artificiatum.

Ad.iiij.ar ❡ Ad quartum respondetur per propositiones quarum prima ē.

j. proposi ❡ Si teneatur q̧ homo sit tertia entitas distincta à suis partibus essentialibus, sine quibus tm̄ cōiunctus esse non potest, illa propō est impossibilis, scilicet tm̄ homo est, vt bene probat illatio.

ij. propo. ❡ Secūda propositio. Si teneatur q̧ homo nihil aliud est, nisi suæ partes coniunctę, tunc negatur consequentia, Tantum homo est ergo nec anima, nec corpus. Immo dico q̧ sequitur oppositum, tm̄ homo est, ergo corpus, & anima sunt simul iunctę.

❡ Ad illam, Tm̄ pater est, respōdetur, q̧ si ly tm̄ determinet ly pr̄ nonin ordine ad suum correlatiuū, conceditur, quia sensus est, aliquid quod est pater, & nō est non pater est. Si tū ly tm̄ determinet ly pater, in ordine ad alium terminū, putà, ad suū correlatiuū, tunc illa est impossibilis. tm̄ pr̄ est: quia bene sequitur tm̄ pr̄ est, ergo nullus filius est. Vltra, nullus filius est, ergo nullus pr̄e, ergo de primo ad vltimū, tm̄ pater ē, ergo null⁹ pr̄ est. Ratio ē potissima secundū Scotū, quia relatiuū depēdet essentialiter à suo fundamēto, & à suo t̄rō. Exemplū, paternitas fundatur in eo q̧ ē pr̄, & terminatur ad r̄e, vel animal q̧ est filius, ex quo infertur, q̧ filiatio & paternitas sunt in filio: filiatio fundamentaliter, & paternitas terminatiuè: sequitur etiā q̧ paternitas, & filiatio sunt ī pr̄e, paternitas fundamentaliter, & filiatio terminatiuè. Et si quis arguat paternitas est in filio, ergo filius dicetur pater, similiter filiati oest in pr̄e, ergo pr̄ vocabitur filius. Respōdetur, q̧ ad hoc q̧ relatio denominet, requiritur q̧ sit fundamētaliter in suo subiecto, vel fundamento, & non sufficit esse terminatiuè.

❡ Erad illud, Tm̄ charitas ē, respōdetur, q̧ si ly tm̄ capiatur ppriè exclusiuè, illa propō est impossibilis, Quia bene sequitur, tm̄ charitas ē, ergo nullus grad⁹ charitatis ē, nisi dicatur q̧ qlibet grad⁹ ēt minim⁹, ē charitas. Sed si ponat̄ q̧ charitas sit duorū graduū,

vel quatuor, tunc illa propositio est impossibilis, & ex illa sequitur q̄ nulla charitas est, Si autē ly tm̄ capiatur improprie tūc sensus est, Charitas ē, & nulla alia q̄litas (saltem sp̄ualis, vel infusa) ē

¶ Et ad illud, Tātum omnis homo currit, Respōdetur q̄ si ly tm̄ capiatur propriè, illa propositio ē impossibilis, patet per exponētes, tm̄ omnis hō currit, ergo omnis hō currit, & nihil nō omnis homo currit, Sed homo est non omnis homo, & iste homo est nō omnis homo, & sic de alijs, ergo de primo ad vltimū, Tm̄ omnis homo currit, ergo nō tantum non omnis homo currit.

¶ Dubitatur qualiter exponēdæ sunt istæ propositiones, Tm̄ decem sunt prædicamenta. Tantum decem sunt præcepta diuina. Tantū sunt duodecim apostoli dei. Tm̄ verū & falsum opponuntur. Tātum Sortes vel Plato est albus, in casu q̄ solus Plato sit albus. Sola necessaria necessario sunt vera. Solum genitiuum præcedit sol' nominatiu'. Solis tribus, sola duo sunt pauciora. Possibile est Sortem solum videre omnem hominem non videntem se. Ad solum Sortem currere, Sequitur hominem currere. Dubia.

¶ Ad primā Respondetur ponendo talem regulam. Omnis p̄positio, in qua ponitur tm̄ & numeralis, pōt exponi gr̄a alietatis, vel gr̄a pluralitatis. De modo exponendi gr̄a alietatis patet in superiorib': sed gr̄a pluralitatis exponitur p̄ duas exponētes, q̄rū prima pars est p̄ciacēs, & secūda ē vniuersalis negatiua, in qua negātur plura. Exēplū, Tm̄ decē sūt p̄dicamēta, Decē sūt p̄dicamenta, & non plura quā decē sunt prædicamenta, & conformiter dicendum de alijs modis in quibus ponūtur negationes, Dubiorū solutio.

¶ Ad illā, Tm̄ duodeci sūt apostoli dei, dico q̄ potest exponi gr̄a pluralitatis, et sic est vera, duodecim sunt apostoli dei, & nō plures quam duodecim sunt apostoli dei. Si tamē exponatur gratia alietatis est falsa, vt patet intuenti. Hec tamen, Tm̄ oēs apostoli dei sunt duodecim, est distinguenda, quia ly Omnes, potest capi collectiuè, & distributiuè.

¶ Ad illam, Tantum verum & falsum opponuntur, Respōdetur per distinctionem: quia vel fit exclusio circa totum copulatum, & sic est falsa. Patet per exponētes, Verum & falsum sunt opposita, & nulla alia a vero & falso sunt opposita. Si autē fiat exclusio circa primam partem tantum, tunc propositio est vera, & sensus est tantum verum est aliquid quod opponitur falso.

¶ Ad illam, Tantum Sortes vel Plato est albus &c. Respondetur per distintionem, posito casu illo. Si fiat exclusio circa totũ disiunctum, propositio est vera, & sensus est, Sortes, vel Plato est albus, & nulla res quę non est Sortes, vel Plato est alba, Si autẽ fiat exclusio circa primam partem disiuncti, tunc propositio est falsa, patet, Per sensum ei⁹ qui talis est, Sortes est aliquid quod, vel Plato est album, & nulla res quæ non est Sortes est aliquid quod vel Plato est album, & ly album, denotatur verificari de ly Aliquid quod, & non de ly Plato quod est cõtra casum, quia ly Qđ refert, ly Quid, & non ly Plato.

¶ Ad illam Solum genitiuũ pręcedit solus nominatiu⁹: dr̃ ꝙ potest exponi, vel per primam determinationem, vel per secundã. Si per primam sic exponunt. Genitiuum, solus præcedit nominatiuus, & nullam rem quæ non est genitiuus præcedit solus nominatiuus. Si vero exponatur per ly solus in recto: sic exponitur, noĩatiu⁹ casus solus pręcedit genitiuum, & nulla res quę non est nominatiuus casus præcedit solum genitiuum, prima exponentium est falsa.

¶ Ad illam propositionem, Solis tribus sola duo sunt pauciora, respondetur ꝙ potest exponi, vel per primam particulam exclusiuam, vel per secũdam. Si per primam, est vera illa propositio, quia sic exponitur, tribus sola duo sunt pauciora, & nullis alijs à tribus sola duo sunt pauciora. Si vero exponatur per secundam particulam exclusiuam est falsa, patet per exponentes, quæ sunt hæ, solis tribus duo sunt pauciora, & nullis alijs à tribus duo sunt pauciora, ad alias patet solutio intuenti.

De exceptiuis.

¶ De exceptiuis. i. de secũda specie exponibilium.

DE ꝓpositionũ exceptiuarũ materia acturi, eo ordine quo solem⁹ ꝓgrediẽtes q̃ sequũtur enucleabim⁹

¶ Primum quid sit dictio exceptiua.

¶ Secundũ quę sunt dictiones exceptiuę, & quomodo diferunt inter se.

¶ Tertium quomodo se habeant circa propositionẽ exceptiuã.

¶ Quartum quot sunt modi exceptiuarum.

Quintum quomodo exponantur. Sextū est videre qualiter valeat consequētia ab exceptiua, ad suas exponētes,& ęcontra.

Ad primum dicit (Petrus Hispanus) & cōmuniter sequūtur eū doctores q͂ dictio exceptiua est, quæ significat exceptionē à toto in q̄ntitate, vel à tr̄o cōmuni, sumpto cū signo vniuersali, vt ois homo præter Sortē currit, significat eñ ratione de ly præter, q͂ cursus dicatur de quolibet homine, excepto Sorte. Ad primū trs exceptiu⁹ quid.

Ad scd̄m. Dictiões exceptiuę sunt, Præter, Prçterquàm, Nisi, et sic de similib⁹ significātibus aliquā exceptionē. Et ad scdam partē scd̄i dubij, respōdetur cōmuniter, q͂ prçter, et prçterquàm ponunt tā in propōnibus affirmatiuis quàm negatiuis: vt, oīs hō præter Sortē currit, nō oīs hō prçter Sortē currit. Sed ly nisi solū ponit in propōnib⁹ negatiuis, vt, Null⁹ hō legit Parisi⁹ nisi ipse sit asin⁹ Ad .ij. dictio. excep Differētia dictio nū exceptiua.

Itē. Præter aliquādo capitur disiunctiuè, vt, decē præter quinq; sunt quinq;, aliqn̄ capitur subtractiuè, & negatiuè, vt octo preter tria sunt quinq;. Exēplū de negatiuè, Sortes currit prçter Platonē, idest sine Platone: aliqn̄ capitur additiuè, & valet tm̄ sicut, cū vt, Sortes soluit hospiti cœnā præter expēsas, idest cū expēsis, & his modis non capitur hic præter, nec præterquàm. Nota.

Vltimo modo capitur exceptiuè, vt dicit exceptionē prædicati principalis à tr̄o excepto, vt, Omē animal prçter hominē est irrationale, idest omne animal quod non est hō est irrationale. Nota.

Nota similr̄ q͂ Nisi, est cōpositū de ly nō, & si, & nō nūquā capitur cōsequutiuè, & tūc ē talis naturę, q͂ licet in eo includatur negatio nō cadit in tr̄um immediatè sequentē capacē distributionis, sed in tr̄m sequētē copulā, in qua ponitur ly Nisi: vt, Nisi hō esset animal, nō esset sensitiuus, in hac propōne, Nō, inclusum in ly si, nō cadit supra ly hō, sed supra ly animal, & est vera propō. Sed ista est falsa, nisi homo animal esset, homo nō esset sensitiu⁹. Itē nullū animal nisi Gallus, est liber. Itē nullus hō legit Parisius nisi ipse sit asinus: idest, si nullus est asinus nullus legit Parisius, similiter nullus homo nisi Sortes currit, idest, si Sortes non currit, nullus hō currit. Vel sic, Nullus hō prçter Sortem currit. Nota.

Alio modo capitur ly nisi exceptiuè, & tunc facit propositionē exceptiuam, sicut statim patebit.

Respondetur q͂ dictio exceptiua, se habet circa propositionē tripliciter quemadmodum, & exclusiua. Ad .iij. q̄mō se abet dict. exce.

¶ Primo modo, circa subiectum tm̃: vt, Omne animal præter hominem est substantia, idest, omne animal nõ homo est substantia. Et tunc ly præter, est pars subiecti, & virtus eius non cadit supra copulam, & potest dici de subiecto excepto.

¶ Secundo modo, dictio potest sumi circa prędicatum tantum, vt, Omnis homo est risibilis pręter Sortem, & sic dicitur de prædicato excepto, & similiter ly Pręter est pars prędicati.

¶ Tertio modo, potest capi dictio exceptiua exceptiuè propriè, & est quando virtus eius cadit supra copulã principalẽ propositionis, & distribuit terminũ immediatè sequẽtem: vt, Omne animal præter hominem est brutum, & tunc licet sit pars propositionis, non tamem alicuius, extremi.

Ad. iiij. ¶ Ad quartum respondetur, ꝙ quatuor sunt modi, vel rotuli pro positionũ exceptiuarũ, licet aliq ponãt octo modos vel rotulos.

Primꝰ ordo excep. ¶ Primus, in qua nulla ponitur negatio: vt, Omne animal pręter hominem est brutum.

ij. ordo. ¶ Secundus, est in qua ponitur negatio in principio totius propositionis: vt, Non omne animal pręter hominem est brutum.

iij. ordo. ¶ Tertius, est in qua ponitur negatio ad copulam solum: vt, Omne animal pręter hominem non est brutum.

iiij. ordo. ¶ Quartus est, in qua ponitur duæ negationes, vna in principio alia ad copulam: vt, Non omne animal pręter hominem non est brutũ. Duo primi contradicunt: Tertiꝰ, & quartꝰ consimiliter. Primus & tertius contrariãtur. Secundus & quartus sub contrariãtur.

Alij modi secũdũ aliquos- ¶ Alij addunt alios quatuor modos quorum primus est, propositio in qua ponitur negatio ad dictionem exceptiuam: vt, omne animal non pręter hominem est brutum.

¶ Secundus vero, & eius contradictorius est, propositio in qua ponitur vna negatio in principio propositionis, & alia ad dictionem exceptiuam, vt non omne animal non pręter hominem est brutum.

¶ Tertius est, propositio in qua ponitur vna negatio ad dictionẽ exceptiuam, & alia ad copulam, vt omne animal non præter hominem non est brutum.

¶ Quartus est, et eius contradictorius) propositio in qua ponuntur tres negationes, vna in principio, alia ad dictionẽ exceptiuã,

alia

alia ad copulam, vt non omne animal non præter hominem non est brutum.

¶Ad quintum respondetur per propositiones. Ad.v.

¶Prima propositio. Exceptiua in qua nulla ponitur negatio ex ponitur per vnam copulatiuam compositam ex tribus cathego ricis, vt Omne animal præter hominem est brutum, prima est præiacens, in qua prædicatum principale dicitur de subiecto me diante ista propositione aliud ab, vel hoc complexo. Quod non est. Vt omne animal aliud ab homine vel quod nō est homo est brutum. j. propo. expo. pri. miordi.

¶Secunda propositio est, vna propositio cuius subiectum est ter minus exceptus, & prędicatum est subiectum propositionis ex ceptiuæ, scilicet ista, Omnis homo est animal.

¶Tertia est propositio negatiua, in qua prædicatum principale negatur de termino excepto, vt ista, Nullus homo est brutum. Sic enim exponitur, Omne animal præter hominem est brutum ergo omne animal quod nō est homo, vel aliud ab homine est brutum, & omnis homo est animal, & null⁹ homo est brutum. Vel ista (Omnis homo præter sortem currit) sic exponitur. Om nis homo qui nō est Sortes, vel ali⁹ à Sorte currit, & Sortes est homo, & Sortes nō currit. Et iterum, Omne animatum præter brutum est risibile, in hunc modum exponitur. Omne animatū quod non est brutum, vel aliud à bruto est risibile, & omne bru tum est animatum, & nullum brutum est risibile.

¶Secundus modus, sed contradictorius istius, exponitur disiun ctiuè per partes contradicentes partib⁹ prioris expositæ: vt, Nō omne animal præter hominē est brutū, sic. Aliquod āimal quod non est homo non est brutum, vel homo nō est animal, vel ho mo est brutum. Vel sic, Non omne animal præter hominem est irrationale. Aliquod animal aliud ab homine vel quod non est homo est irrationale, & aliquis homo nō est animal, & aliquis homo est irrationalis, & ita in cęteris. Exposi. se cundi or.

¶Tertius modus exponitur per vnam copulatiuam, quarum pri ma est præiacens, vt omne animal præter hominem non est bru tū sic exponitur. Omne animal aliud ab homine non est brutū. Vel sic. Nullum animal non homo est brutum, & omnis homo est animal, & omnis homo est brutum. Et iterum, omne animal iij. ordin. expositio.

præter hominem non est irrationale, omne animal quod non est homo non est irrationale, & omnis homo est animal, & omnis homo est irrationalis.

iiij. ordi. exposi. ¶ Quartus modus, & cõtradictorius huius tertij, exponitur per vnam disiunctiuam ex partibus cõtradicentibus, partibus primæ expositæ: vt, Nõ omne animal preter homiuem non est brutum, sic exponitur. Aliquod animal non homo est brutum vel homo non est animal, vel homo non est brutum. Vel Non omne animal præter hominem non est rationale, sic exponitur. Aliquod animal quod non est homo est irrationale, vel aliquis homo non est animal, vel aliquis homo est irrationalis.

¶ Vnum quodquẽ horum modorum vel rotulorum, suum habet peculiare signum, vel dictionẽ per quam facilimẽ potest cognosci quomodo exponatur, cui opponatur, cui repugnet vel cõtradicat.

Dictio p-posi. rot. ¶ Pro primo rotulo ponitur ista dictio. Amate, vel ista, Amitto. Per primam vocalem primæ dictionis, denotatur ꝙ preiacens, debet esse vniuersalis affirmatiua, & similiter per ly .i. secundũ in secunda dictione positum, denotatur ꝙ secunda exponens debet esse particularis affirmatiua, & per ly .e. prime dictionis denotatur ꝙ tertia exponens debet esse vniuersalis negatiua & per ly .o. particularis negatiua, & ratio huius diuersitatis secundę & tertię exponentis in eodem rotulo est distributio, vel in distributio termini excepti, qui si distribuitur, omnes exponentes sunt vniuersales, si vero nõ distribuitur, sola præiacens est vniuersalis, & sic significatur per secundã dictionem nõper primã vt hęc, Omnis homo prętur Sortem currit, quę sic exponitur omnis homo alius à Sorte currit, & Sortes est homo, & Sortes non currit, hæc significatur per hanc dictionem, Amitto, & nõ per illam Amate.

Quare in eodem rotulo ponũtur due dictionis diuersæ.

ij. rotuli. ¶ Pro suo contradictorio, qui est secundus modus ponitur hæc dictio. Comodi: vt, non omne animal præter hominem est irrationale, quę quidẽ ꝓpositio sic exponitur. Aliquod animal quod nõ est homo est irrationale, vel aliquis homo nõ est animal, vel aliquis homo est irrationalis. Non omne animal prętur hominem est brutum. Idest, quoddam animal aliud ab homine nõ est brutum, vel homo non est animal, vel homo est brutum.

¶ Tertius modus potest exponi per hanc dictionem Peccata, vt omne animal præter hominem non est brutum, & omnis homo est animal, & omnis homo est brutum. Item, omne quantum præter discretum non copulatur ad terminum cõmunem, & omne discretum est quantum, & omne discretum copulatur ad terminum cõmunem. Dictio iij. rotuli.

¶ Quartus modus habet hanc dictionẽ Idolos, per quã potest exponi: vt, nõ omne animal præter hominẽ nõ est brutum, sic exponitur aliquod animal, aliud ab homine est brutum, & aliquis homo non est animal, vel aliquis homo non est brutum. Item Non omnis substantia præter asinum non est sensibilis. Aliqua substãtia non asinus, vel alia ab asino est sensibilis, & aliquis asinus nõ est substantia, vel aliquis asinus non est sensibilis. iiij. ro. di.

¶ Preterea notãdum est, quòd vnaquæq; harũ literarũ scilicet. A. E. I. O. quæ in his quatuor modis ponuntur suum habet significantum. A. nimirum significat vniuersalem affirmatiuã. E. vniuersalem negatiuam. I. particularem affirmatiuam. O. particularem negatiuam. Dictionũ rotulo. significatio

¶ Sed nota, q aliqui addũt alios quatuor modos qui à primis nõ videtur differre nisi in quãtitate exponentium, quarũ primus est. Expo. aliorum. iiij. modo.

¶ Vbi ponitur negatio ad dictionem exceptiuam: vt, Omne animal non præter hominem est brutum, sic exponitur. Omne animal aliud ab homine non est brutum, vel homo non est animal, vel homo est brutum. Item, Omnis qualitas non præter albedinem est nigredo. sic, Omnis qualitas alia ab albedine, vel non albedo non est nigredo, vel albedo non est qualitas, vel albedo est nigredo. j. modus.

¶ Secũdus modus, & cõtradictorius primi est, in quo ponit vna negatio in principio ꝓpositionis, & alia ad dictionẽ exceptiuã: vt, Nõ oẽ animal nõ præter hominẽ est brutũ, quę sic exponitur. Quoddã animal quod nõ est hõ est brutũ, & ois hõ est animal, & ois hõ non est brutũ. Itẽ non ois substãtia nõ præter animatam est sensibilis, exponitur in hunc modum, Quædam substantia, quæ non est animata est sensibilis, & omne animatum est substãtia, & omne animatum non est sensibile. ij. modus.

¶ Tertius modus est, in quo ponitur vna negatio ad dictionem exceptiuam, & alia ad copulã; vt omne animal non præter bo iij. modus

minem non est brutum, quæ sic exponitur, Omne animal quod non est homo est brutum, vel aliquis homo non est animal, vel aliquis homo non est brutum.

iiij. mod. ¶ Quartus modus est, in quo ponitur vna negatio in principio propositionis, alia ad dictionem exceptiuam, alia vero ad copulam: vt, Non omne animal non præter hominem non est brutū quæ sic exponitur, Quoddam animal, quod non est homo nō est brutum, & omnis homo est animal, & omnis homo est brutū.

Dictiões modorū. ¶ Pro his quatuor rotulis ponuntur quatuor dictiones.

¶ Pro primo, ista dictio, Meroris.

¶ Pro secundo suo contradictorio ista dictio, Vitare.

¶ Pro tertio. Amodo.

¶ Pro quarto suo contradictorio, dogmata.

Regulæ. ¶ Sequuntur regulę consequentiales.

j. regula. PRima. Ab exceptiua ad suas exponentes totales & ē contra est bona cōsequētia, vt bene sequitur, Omne animal preter hominē est brutū, ergo omne animal nō homo est brutū, & omnis homo est animal, & null' homo est brutū: & ē cōtra, Omne animal nō homo est brutū, & omnis homo est animal, & nullus homo est brutum, ergo omne animal præter hominem est brutum. Et hæc regula teneatur in omnibus modis seu rotulis.

ij. regula. ¶ Secūda regula. Ab exceptiua copulatiuē exposita, ad quālibet partē sui, est bona cōsequentia sed nō ē contra. Exemplū primę partis, Animal præter hominē nō est brutū, ergo omne animal aliud ab homine nō est brutū, & sic de alijs partib'. Exemplum secūdę partis, Omnis homo est animal, quę erat secūda exponēs ergo omne animal nō preter hominē est brutū, seqla nulla est.

iij. regula ¶ Tertia regula. Ab exceptiua exponibili disiunctiuē, ad quālibet partē sui seorsum sumptā nō valet cōsequētia, sed bene ē cōtra vt, Nō animal præter hominē est brutū, ergo animal quod non est homo non est brutum, non valet, licet sit prima exponēs sed bene ē contra, Homo non est animal (quæ est secunda exponens) infert istam, Non omne animal preter hominē est brutū.

iiij. regu. ¶ Quarta regula. Dictio exceptiua nūquā negatur nisi negatio sit aduerbialis, & cadat imediatē sup eam, vel super signū vniuer

fale. Exemplũ primi, Omne animal non prǫter hominẽ est brutum. Exemplum secundi, Non omne animal prǫter hominẽ est brutũ. Ex quo infertur, quod ibi, Nullus homo prǫter Sortẽ currit, dictio exceptiua no. negatur, tum quia est negatio nominalis, tum quia æquiualet isti, Omnis homo præter Sortem non currit. Ex quo patet, quod illa negatio nominalis fertur sup illã copulam Est, eam negando, & nõ super illam dictionem prǫter.

¶ Quinta regula. Si propositio exceptiua est modalis, in tertia exponente, debet sũmi copula contradictoria exponibilis: vt, Omnis homo prǫter Sortẽ possibiliter est, sic exponitur, Omnis homo qui non est Sortes possibiliter est, & Sortes possibiliter est homo, & Sortes impossibiliter est. Et nõ debet capi in tertia exponente, possibiliter non negari: vt dicatur Sortes possibiliter non est, sed sic, Sortes impossibiliter est, vel Sortes non possibiliter est. Similiter dicendũ est de ista, Omne ens præter creatum necessariõ est, sic exponitur, Omne ens non creatum necessariõ est, & ens creatum possibiliter est, ergo ens creatum non necessariõ est, vel possibiliter non est. v. argu.

¶ Pars argumentatiua.

Arguitur sic. Primo contra primum modum exponendi. Stã te illo modo exponendi, ex vero sequitur falsum, ergo modus est insufficiẽs. Sequela est bona, & añs probo. Om̃e animal prǫter hominẽ est brutũ, ergo hoc animal prǫter hominẽ est brutũ, sed cõsequens est propõ incõgrua, ergo nec vera nec falsa Primũ ar.

¶ Confirmatur. Omne animal præter hominem est irrationale, ergo omne animal præter Sortẽ est irrationale. Ex quo infertur ꝙ Ioãnes est irrationalis, & Frãciscus, & sic de alijs hominibus. Cõfirma.

¶ Secundo argui. sic. Ab inferiori ad superius est bona consequentia, ergo bene sequitur, Omne animal præter hominem est irrationale, ergo omne animal præter substantiam est irrationale, quæ manifestẽ est falsa. Et ista similiter (Omne animal præter corpus est irrationale) patet per suas prǫiacẽtes: primæ est ista Omne animal non substantia est irrationale, quæ manifeste est falsa, quia si animal non est substantia, neq; irrationale: præiacẽs ij. argu.

secūdæ est ista, Animal nō corp' est irrationale, ex qua sequit̄ q̄ si non est corpus non est animal, & si non animal, neq; irrationale, neq; rationale.

iij. argu. ¶ Tertio arguitur sic. Omne animal pręter hominem est irrationale, ergo omne animal præter hominem est rationale, vel irrationale. Consequentia tenet a parte disiuncti ad totum, disiunctū sed exponentes sunt falsę, ergo & exponibilis. Falsitas consequētis probatur. Omne animal non homo est rationale, vel irrationale, & omnis homo est animal, & nullus homo est rationalis, vel irrationalis. Sed hæc est falsa, cum sua contradictoria sit vera, putā ista, Aliquis homo est rationalis, vel irrationalis.

iiij. argu. ¶ Quarto arguitur sic. Omnis modus exponendi, in quo infertur contradictoria præiacentis videtur insufficiens, sed isti modi se habent sic, ergo sunt insufficiētes. Antecedens probo, in primo modo sic, Omne animal præter hominem est brutum, ergo omne animal non homo est brutum, & aliquod animal non homo est brutum quæ sequitur ex ista, Nullus homo est brutum, ergo aliquod animal non homo non est brutum. In secundo modo sic patet, putā in suo contradictorio, Nō omne animal pręter hominem est brutum, ergo nullū animal aliud ab homine est brutum, & animal est brutum, hæc sequitur ex ista, homo est brutum, ergo animal est brutum, ergo de primo ad vltimum, nullū animal non homo est brutum, & animal est brutum, quæ videntur contradictorię. Patet etiam in tertio modo. Omne animal præter hominem non est brutum, nullum animal aliud ab homine est brutum, & omnis homo est brutum, quæ est tertia exponens, ergo animal est brutum, sequitur enim, Omnis homo ē brutum, ergo aliquod animal est brutum, quæ videntur contradictorię primæ exponentis. De quarto modo patet etiam sic arguendo, Non omne animal præter hominem non est brutum, ergo aliquod animal non homo est brutum, & homo non est brutum, vel. A. homo est brutum, ergo animal non est brutum, tenet consequentia ab inferiori, ad superius, animal est brutum, ergo animal non est brutum.

¶ Pars responsiua.

Respondeo ad primum, negando antecedens, Et ad probatio- Ad.j.arg.
nem, concedo illam esse incongruã, nego tamen q sequatur
ex illo antecedenti, sed sic debes descendere, ergo istud ani- In descẽ
mal aliud ab homine est brutum. Et tenendum est pro regula, q ti. dictio
in descendẽtibus semper dictio exceptiua debet mutari in Aliud exceptiua
ab, ne sequatur incongruum. mutatur.

¶ Et ad confirmationem, nego sequelam, & dico, quòd secundũ Ad cõfir.
aliquos ly hominem supponit immobiliter, & sic non debet fie-
ri descensus sub illo. Vel aliter dicendum est secundum alios, q
potest fieri descensus dum modo fiat etiam sub subiecto princi-
pali, simul cum ista particula Aliud ab, vt Omne animal prter
hominem est brutum, ergo hoc animal aliud ab homine, & ab
isto homine est brutum, demonstrãdo semper per ly Isto, alium
& alium hominem.

¶ Ad secundum argumentum. Concedo quòd consequentia ab Ad.ij.ar.
inferiori ad superius aliquando est bona, & aliquando est mala.
Bona quando arguitur sine distributione superioris. Mala quã-
do arguitur cum distributione superioris: sicut est in proposito
non enim sequitur, Præter hominem, ergo præter substãtiam,
cum ly Præter includat negationem distributiuam.

¶ Ad tertiũ argum. respõdeo negãdo consequentiã. Non.n.va Ad.iij.ar.
let, Omne animal præter hominẽ est irrationale, ergo omne
animal præter hominẽ est rationale, vel irrationale: tũ quia ar-
guitur à sensu composito cathegorico vero, ad sensum hypote-
thicum, & diuisum falsum, hec videtur mihi sufficiens respõsio,
licet aliqui dicant q arguitur etiam, à parte disiuncti, cum distri
butione, ad totum ipsum disiunctum.

¶ Ad quartum. Respõdeo simul, & ad suas confirmationes vni- Ad.iiij.ar
co verbo, & dico, q ille non sunt cõtradictorie, putã, Omne ani-
mal nõ homo est brutum, & Animal est brutum. Ratio, quia nõ
sunt eiusdem subiecti, subiectum enim prime est animal non ho-
mo: subiectum vero secunde, est animal, que inter se non contra
dicunt, & sic dicendum est de aliis modis.

¶ Sed cũ circa istam materiã querntur, quomodo conuertantur istæ
propositiones, ad quod breuiter respondeo ponẽdo propões. Exceptiua
¶ Prima propositi. Nulla exceptiua cõuertitur formaliter in ex nõ cõuer-
ceptiuam, quia non sequitur, Omnis hõ præter Sortem currit, titur. &c.

ergo currẽs est Petr⁹, Sortes est homo, est eni incõgrua: vt aiũt.

ij. propõ. ¶ Secunda propositio. In conuersione taliũ propositionũ, semper debet mutari dictio exceptiua i, Aliud ab, & põt cõuerti: vt, Omne animal præter hominẽ est brutũ, debet sic cõuerti, Aliquod brutum aliud ab homine est animal: similiter, Nullus homo pręter Sortẽ currit, ergo nullum currens aliud à Sorte est homo, & sic dicendum est de alijs conuersionibus.

Nota. ¶ Et nota q̃d datur in hac materia aliquæ propõnes vniuersales cõtrariæ, non habẽtes sub se contrarias exceptiuas: vt, Omnis homo præter Sortem currit, & nullus homo pręter Sortem currit. Prima deberet habere istam, Aliquis homo præter Sortem currit, & secũda deberet habere istam. Aliquis homo pręter Sortem non currit, quæ neq; sunt propositiones veræ neq; falsę, neq; minus exceptiuę.

Nota. ¶ Item nota, quòd datur exceptiua propositio non habens exceptiuam contradictoriam: vt ista, Omnis homo præter Sortem currit, deberet habere istam, Aliquis homo præter Sortem nõ currit, quę nõ est propositio (vt iam dictũ est) sed addendo suam cõtradictoriam, necessum est negationem præponere signo vniuersali: vt detur ista pro sua contradictoria, Non Omnis, homo præter Sortem currit, & istę sunt cõtradictoriæ, Omnis homo pręter Sortem non currit, & Non omnis homo præter Sortem non currit, quæ ęquipollet huic aliquis homo alius à Sorte currit, & hæc sufficiant pro præsenti materia.

¶ De reduplicatiuis.

Postquã de exclusiuis, & exceptiuis propositionibus satis luculenter tractatum est, restat vt reduplicatiuarum propositionum materiã aggrediamur de qua determinanda sunt quæ sequuntur.

¶ Primum, qui sint termini faciẽtes reduplicationẽ.

¶ Secundum, qualiter propositiones reduplicatiuæ formantur.

¶ Tertium autem, quomodo exponuntur, & opponuntur.

¶ Quartum, qualiter conuertuntur.

¶Quintū. Quomodo valeat, & non valeat consequentia in his propositionibus.

¶Ad primum dicitur, quód dictio reduplicatiua est illa, quæ importat rationem, secundum quam aliquid alteri attribuitur, seu non attribuitur: vt, In quantum, Secundum quód, Ea ratione qua Prout, & similia: vt, Homo in quantum rationalis est risibilis. Homo secundum quód est compositus ex contrarijs est corruptibilis, & sic de alijs. Et nota quód istę dictiones aliquando capiūtur ad verbialiter, & sic non faciunt propositionem reduplicatiuam: vt, Sortes viuit in quantum potest. Alio modo capiuntur coniunctionaliter, & hoc dupliciter, vno modo quando solum specificant rationē, sub qua prædicatum inest subiecto, & sic non faciunt propositionem reduplicatiuam: vt, Homo in quantum species prædicatur de pluribus differentibus numero. Ens in quantum ens est subiectum metaphisicę. Diligo Sortē in quantum Scolaris vel studiosus, & sic non capiuntur hic. Alio modo capiuntur istæ dictiones reduplicatiuę, & hoc tripliciter.

Dictio redupli.

Sūmuntur aliqñ adverbialit.

Aliquando coniūctionalit, & hoc dupliciter.

¶Primo quando faciunt propositionem de subiecto reduplicato: vt, Aliquid quod est homo in quantum rationale est risibile.

¶Secundo, quando faciunt propositionem de prædicato reduplicato: vt, Risibile est homo in quantum rationale.

¶Tertio, Quando faciunt propositionem reduplicatiuā: vt, Homo in quātum rationalis est risibilis. Primis duobus modis, dictio reduplicatiua est pars subiecti, vel prædicati, sed tertio modo nō est pars extremi, licet sit pars totius propositionis.

Capiūtur etiā tripliciter dictiones reduplica.

¶Ad secundum respondetur, quód formantur de propositionibus istis tot modi, quot de exceptiuis. Prim⁹, est propositio vniuersalis in qua nulla ponitur negatio, vt omnis homo in quantum rationalis est risibilis.

Ad secun. Prim⁹ mod⁹ vel ordo.

¶Secundus modus est, sua contradictoria in qua ponitur vna sola negatio in principio: vt, Non omnis homo in quātum rationalis est risibilis.

Secundus mod⁹ vel ordo.

¶Tertius est vna propositio, in qua ponitur negatio ad copulā, vt, Omnis Homo in quātum rationalis non est risibilis.

Terti⁹ mod⁹ vel or.

¶Quartus contradictorius tertij, Est vna propositio in qua ponuntur duæ negationes, vna in principio, & altera ad copulam, vt, Nō omnis homo in quantum rationalis non est risibilis.

Quartus mod⁹ vel. ordo.

Quidã ponũt seque ̃tes mod. ¶ Quintus est vna propositio in qua ponitur negatio ad dictionẽ reduplicatiuam, vt Omnis homo non in quantum rationalis est risibilis. Omnis asinus non in quantum rudibilis est animal: & ita in reliquis.

¶ Sextus modus est propositio contradictoria præcedetis, in qua ponũtur duæ negationes, vna in principio, & altera ad dictionem reduplicatiuam vt, Non omnis homo non in quantum rationalis est risibilis. Non omnis equus non in quantum currens est hinibilis.

¶ Septimus est propositio, in qua ponuntur duæ negationes, vna ad dictionem reduplicatiuam, & alia ad copulam, vt Omnis homo non in quantum rationalis non est risibilis. Omnis canis non in quantum latrabilis est animal.

¶ Octauus est propositio, in qua ponuntur tres negationes, vna in principio propositionis, alia ad dictionẽ reduplicatiuam, & alia ad copulam: vt, Non omnis homo non in quantum rationalis non est risibilis: & iste est cõtradictorius septimi: isti quattuor modi posteriores possunt reduci ad priores, cum non differant nisi in quantitate.

Ad. iij. ¶ Ad tertium respondẽdo (ante quã deueniam ad primam partem quæsiti) notandum est, q̃ dictio reduplicatiua põt capi multipliciter in expositionẽ propositionum.

Multipliciter capitur dictio reduplicati. ¶ Primo conditionaliter, seu concomitãter, vt Omnis homo in quantũ rationalis est risibilis, id est, Omnis Homo est risibilis, & aliushomo est rationalis, & omne rationale est risibile, & quarta exponens debet esse ista conditionalis, & si aliquid est rationale illud est risibile.

¶ Secundo modo potest capi causaliter, & tunc vltima exponens debet esse causalis, vt, Omnis homo in quantum cõpositus ex contrarijs est corruptibilis, quarta expones huius ꝓpositionis erit ista, Et quia aliquid est compositũ ex contrarijs illud est corruptibile.

iij. vt dicit immedita. ¶ Tertio modo potest capi, vt dicat imediationẽ prædicati principalis, cum termino reduplicato: vt, Homo in quãtum rationalis est homo, vltima exponens huius erit ista, rationale & homo sunt termini immediati.

¶ Quarto modo possunt capi vt dicant conuertibilitatem prædi

cati, principalis cum termino reduplicato: vt Homo In quãtum risibilis est rationalis, vltima exponens erit ista, risibile, & rationale sunt termini conuertibiles, & isto modo hęc est falsa sed res in quantum homo est animal, quia homo, & animal nõ sunt termini conuertibiles. iiij. vt dicit conuertibili. prędicati. v. vt deno tantalicta tem.

¶ Vltimo modo possent capi istę dictiones vt denotent alietatem rationis prędicati principalis, & termini reduplicati, & tunc vltima exponens erit ista, termini reduplicati, & prædicatum principale habent diuersas rationes: vt, Anima in quãtum intellectiua est volitiua, vltima exponens erit ista, intellectiuum, & volitiuum habẽt diuersas rationes formales, & sic intelligit Philosophus, primo priorum, q̃ omnis propositio in qua reduplicatur prædicatum, est impossibilis, vel non intelligibilis, intellectione visiua, & vera, & hoc est verum si vltima exponens sit causalis, vel dicat alietatem rationis principalis prædicati à termino reduplicato, & his duob9 modis ista est falsa, Homo est animal in quã tum animal, quia si capitur causaliter, vltima exponens erit ista, quia homo est animal est animal, quod est falsum, quia nihil est causa sui ipsius, si dicat alietatem. &c. Vltima exponens erit ista, & Animal, & animal importãt diuersas ratiões formales, quod est falsum, cũ sint termini omnino synonymi. Si tamen illa dictio capiatur vt dicat concomitantiam, vel cõuertibilitatem, illa propositio est vera. His suppositis respondetur ad primam partẽ quæsiti.

¶ Ad primã partẽ tertiij quæsiti dico q̃ omnis propositio reduplicatiua, in qua nulla ponitur negatio, exponitur per vnam copulatiuã compositam ex quatuor cathegoricis, in quarum prima prędicatum principale dicitur de subiecto vniuersaliter sumpto. In secunda vero dicitur terminus reduplicatus de subiecto vniuersaliter sumpto. In tertia autẽ dicitur prædicatum principale de termino reduplicato vniuersaliter sumpto. In quarta dicitur idem prædicatum principale, de termino reduplicato particulariter sumpto, & hoc conditionaliter, vel causaliter: & sic de alijs exceptionibus suprapositis: vt, Omnis homo in quan tum rationalis est risibilis, sic exponitur, Omnis homo est risibi lis, & omnis homo est rationalis, & homo rationalis est risibilis Vltima erit, si aliquid est rationale ipsum est risibile, vel quia Modo exponũtur reduplic.

aliquod rationale est risibile, & sic de alijs exceptionibus supra positis.

¶Iste primus modus exponendi potest significari per istam dictionem, Adamasci.

Secūdi ordinis expositio. ¶Secunda regula vel modus est. Propositio in qua ponitur vna sola negatio ad principium, quæ est contradictoria primi modi, exponitur per vnā disiunctiuam cōpositā ex partibus contradicētibus partib⁹ copulatiuæ præcedentis: vt, Non omnis homo in quantum rationalis est risibilis, sic exponitur, aliquis homo nō est risibilis, quæ est contradictoria primæ exponentis alterius copulatiuæ, vel aliquis homo non est rationalis, quę est cōtradictoria secundæ exponentis copulatiuæ: vel aliquod rationale nō est risibile, quæ est contradictoria tertię exponentis copulatiuæ: vel non si aliquid est rationale ipsum est risibile, vel quia aliquid est rationale ipsum non est risibile, quæ est contradictoria quartæ exponentis copulatiuæ.

¶Iste secundus modus, vel ordo potest significari, per istam dictionem, Tenodore.

Ter. ord. expositio. ¶Tertia regula, Omnis propositio in qua ponitur negatio ad copulam exponitur per vnam copulatiuam cōpositam ex quatuor cathegoricis, in quarum prima prædicatum principale negatur de subiecto principali vniuersaliter sumpto: in secūda vero affirmatur terminus reduplicat⁹ de subiecto principali vniuersaliter sumpto: in tertia vero negatur prædicatum principale de termino reduplicato vniuersaliter sumpto: in q̄rta negatur prædicatū principale de termino reduplicato particulariter sumpto: vt omnis homo in quantum rationalis non est risibilis, sic exponitur, Null⁹ homo est risibilis, & omnis homo est rationalis, & nullū rationale est risibile, & quia aliquid est rationale ipsum non est risibile (si exponatur causaliter) & potest significari per hanc dictionem, Detrahendo.

Quarti ordi expositio. ¶Quarta regula, Omnis propositio in qua ponuntur duæ negationes vna in principio, & alia ad copulam, exponitur per vnam disiunctiuam compositam ex partibus contradicentibus in media tē precedentibus: vt, Non omnis homo in quātum rationalis nō est risibilis, sic exponitur, aliquis homo est risibilis, vel aliquis homo non est rationalis, vel aliquod rationale est risibile, vel

quia omne rationale est ipsum est risibile, vel si omne rationale est ipsum est risibile, & possunt significari exponentes per istam dictionē, Simonia. In qua dictione sunt quatuor literæ vocales nimirū .i. o. i. a, ex quibus .i. significat primā propositionem fore particularē affirmatiuam (vt iam alias dixi si recte memini) secundam particularem negatiuam: a. vniuersalem fore tertiam & affirmatiuam .i. autem idem quod de priori diximus. Infertur ergo quód, Ada mafi, & Tonodore cōtra dicunt: Adama si, & Detrahendo cōtrariantur: Detrahendo, & Simonia contra dicunt: Adamsi, & Simonia subalternantur: Detrahendo, & Tonodore sub alternantur: Simonia, & Tonodore subcontrariantur. Dictorū modo. expositio.

¶Reliquorum quatuor modorum quos ad prędictos posse referri declarauimus, hęc est expositio. Primus, id est, ille in quo ponitur negatio ad dictionem reduplicatiuam, vt Omnis homo non in quantum rationalis est risibilis, exponitur per vnam disiunctiuam compositam ex quatuor cathegoricis in quarum prima prædicatum principale remouetur à subiecto principali vniuersaliter sumpto. In secunda remouetur terminus reduplicatus, à subiecto vniuersaliter sumpto. In tertia remouetur prędicatum principale à termino reduplicato sumpto particulariter. In quarta remouetur prædicatum principale à termino reduplicato vniuersaliter sumpto, vt Omnis homo non in quātum rationalis est risibilis, sic exponitur. Nullus homo est risibilis, vel nullus homo est rationalis, vel aliquod rationale non est risibile, vel non quia aliquid est rationale ipsum non est risibile, & hæ exponentes possunt significari per istam dictionem, Pentecoste.

¶Secundus modus contradictorius præcedētis, id est, propositio in qua ponitur duæ negationes, vna in pricipio propositionis, & alia ad dictionem reduplicatiuā: vt, non omnis homo nō in quātum rationalis est risibilis., quę sic exponitur, aliquis homo est risibilis, vel aliquis homo est rationalis, vel omne rationale est risibile, & quia aliquid est rationale ipsum est risibile, quę possunt significari per istam dictionem, Vigilasti. ij. modi expositio

¶Tertius modus, id est, quando in propositione ponitur vna negatio ad dictionē reduplicatiuam, & altera ad copulam, quę iij. modi expositio

exponitur per vnam disiunctiuam compositam ex quatuor cathegoricis in quarum prima, prædicatum principale affirmatur de subiecto vniuersaliter sumpto, in secunda, terminus reduplicatus remouetur à subiecto vniuersaliter sumpto, in tertia prædicatum principale dicitur de termino reduplicato particulariter sumpto, in quarta, remouetur prædicatum principale de termino reduplicato neganter sumpto: vt Omnis homo non inquantum rationalis non est risibilis, sic exponitur Omnis homo est risibilis, vel nullus homo est rationalis, vel aliquod rationale est risibile, vel quia aliquid non est rationale ipsum nõ est risibile, & possunt significari per hanc dictionem, Rare fio.

¶ Vltimus modus, seu regula, idest, quando in propositione ponitur vna negatio in principio, & alia ad dictionem reduplicatiuam, & alia ad copulam, & exponitur per vnam copulatiuam compositam ex partibus contradicentib⁹: vt, Nõ omnis homo non in quantum rationalis non est risibilis, sic exponitur, Quidam homo non est risibilis, & quidam homo est rationalis, & nullum rationale est risibile, et quia omne rationale est, ipsum est risibile, & posunt significari exponentes per hanc dictionẽ, Romipeta. Infertur ergo ꝙ Pentecoste, & Vigilasti contradicunt:

oppositio mo. vel dictionum.

Pentecoste, & Rare fio contrariantur: Pentecoste, & Romipeta subalternantur: Rare fio, & Vigilasti subalternantur: Romipeta & Vigilasti subcontrariantur.

¶ Ad quartum dubium ex his quæ ante posuimus. Respondetur per istas propositiones

ad iiij. du.

¶ Prima. Nulla reduplicatiua cuiuscunq; qualitatis sit, id est siue affirmatiua siue negatiua, conuertitur formaliter in reduplicatiuam, quia tunc temporis ex vero sequeretur falsum, exempli gratia, Non sequitur, Omnis homo in quantum rationalis est risibilis, ergo risibile in quantum rationale est homo, omnis quantitas in quantum continua est diuisibilis, ergo diuisibile in quantum continuum est quantitas.

j. redu. nõ cõuer. formaliter in reduplicatiuam.

¶ Secunda propositio. Omnis propositio reduplicatiua, siue affirmatiua, siue negatiua, conuertitur in vnam non reduplicatiuam hoc modo, capiendo subiectum propositionis reduplicatiuæ pro prædicato propositionis conuertentis, & capiendo pro subiecto aggregatum ex prædicato propositionis reduplicatiuę

propo. ij.

& termino reduplicato, mediante tamē hoc pronomine, Quod velcum hoc toto, Aliquid quod, In quantum, quæ propositio potest dici de reduplicato subiecto, quod in his exemplis ad oculum patet. Omnis homo in quantum rationalis est risibilis, ergo aliquid quod in quantum rationale est risibile est homo. Similiter in ista propositione patet, Nullus homo in quantum rationalis est asinus, quæ sic conuertitur, Nihil quod in quantum rationale est asinus est homo. Nec dispar est ratio de alijs ꝓpositionibus conuertibilibus, siue conuertantur simpliciter, siue, conuertantur per accidens, siue per contrapositionem. Quādoquidem eadem est ratio de vno genere conuersionis atq; de alio.

¶ Ad quintum dubium respondetur per propositiones sequētes, quarum prima est. Ad.v.

¶ Prima. Omnis propositio reduplicatiua exponibilis copulatiué, ad quamlibet partem exponentium valet consequentia sed non è contrario: exempla sunt (nisi me animus fallit) nota iccirco ad secundam propositionem procedamus. j. propo.

¶ Secunda propositio. Omnis propositio exponibilis disiunctiuè ab ipso exponibili, ad quamlibet partem sui, non valet consequentia sed bene è contrario modo, & quia exempla sunt manifesta (vt in superiori) non est immorandum in his. ij. propo.

¶ Sed pro clariori notitia huius materiæ (quę meo iudicio vtilissima est, & necessaria) & gratia exercitij sine, quo ars parum prodest arguitur sic.

¶ Pars argumentatiua.

PRimo argumentor sic. Sortes in quantum potest bibit, est propositio in qua ponitur dictio reduplicatiua, & tamen ipsa propositio non est reduplicatiua, ergo male dicitur, q̄ illa propositio est reduplicatiua, in qua ponitur dictio reduplicatiua. j. argu.

¶ Secūdo arguitur sic. Homo ea ratione qua est species est cōmunicabilis, ergo omnis homo ea ratione qua est species, est cōmu ij. argu.

nicabilis multis. Antecedens est verum (vt patet ex diffinitione speciei, quæ quidem sic diffinitur. Species est quod de pluribus & differentibus specie in eo quod quid est prædicatur: quem admodum in primo libro considerationis dialecticæ, cum per textum Titelmani, tum per eiusdem expositionem, tum etiam per nostram additionem manifestum relinquitur) & consequens est falsum, ergo modus exponendi (qui ante assignatus est) insufficiens.

iij. argu. ¶ Tertio arguitur sic. Nullus Logicus in quantum Logicus est Grammaticus, ergo nullus Logicus est Grammaticus. Antecedens videtur verum, & consequens manifestè falsum, & tamen est præiacens illius exponibilis, ergo bene videtur sequi intentum.

j. confir. ¶ Confirmatur primo, sic. Nullus pater in quantum pater est filius, ergo si aliquis est pater non est ipse filius, quod est falsum. Antecedens (id est, Nullus pater in quantum pater est filius) potest esse verum, ipso consequente (nimirum, Si aliquis est pater non est ipse filius) existente falso, in facili casu.

ij. confir. ¶ Confirmatur iterum secundo. Omnia entia in quantum conueniunt disconueniunt, ergo omnia entia disconueniunt, & omnia entia disconueniunt, & omnia entia disconueniũt, quod videtur falsum.

iiij. argu. ¶ Quarto arguitur sic. Omnis creatura in quantum est in mente diuina est vita æterna, ergo omnis creatura est vita æterna, quæ manifestè est falsa, & tamen est prima exponens illius, scilicet, Omnis creatura in quantum est in mente diuina est vita æterna.

j. con. ¶ Prima confirmatio. Actus malus in quantum malus non est à Deo, ergo actus malus non est à Deo, quod est falsum vt videtur.

ij. confi. ¶ Secunda confirmatio. Christus in quantum homo nõ est creatura, ergo Christus non est creatura, sed Christus est homo, & nullus homo est creatura, & si aliquid est Christus ipsum non est creatura.

iij. confi. ¶ Tertia confirmatio. Christus in quantum homo est creatura ergo Christus est creatura, & Christus est homo & omnis

mo est creatura,& si aliquid est homo ipsum est creatura. Ista videtur contradicere primę, & ambę conceduntur à theologis, ergo modus exponendi est insufficiens.

¶ Quinto arguitur sic. Omnis homo in quantum rationalis non est asinus, ergo omnis homo non est asinus in quãtum rationalis,& nulla ponitur negatio ad copulam,& in alia ad dictionem reduplicatiuam, ergo negatio posita ad dictionem reduplicatiuam nihil facit ad negationem, vel affirmationem, illæ ambę sunt veræ, & contrariæ quod est inconueniens ergo modus exponendi nullus. v. argu.

¶ Sexto arguitur sic. Si primus modus exponendi propositiones (quem principio assignauimus) esset sufficiens, sequeretur quòd ista propositio esset vera, Omnis homo in quantum Chimera est risibilis, quòd sic probo, Omnis homo est risibilis, ergo omnis homo est Chimera,& omnis Chimera ē risibilis,& si aliquid est Chimera ipsum est risibile, prima & vltima exponentium sunt veræ ergo exponibilis vera. vj. argu.

¶ Septimo arguitur sic. Si modus exponendi esset sufficiens non staret exponibilem esse falsam, quando exponentes sunt veræ: vt, in ista, Omnis Chimera in quantum homo est animal, ex qua sequuntur istæ verę, Omnis homo est animal,& si aliquid est homo ipsum est animal. vij. argu.

¶ Sequitur pars responsiua. Pars resp.

AD primum argumentorum respondetur, Quòd hæc dictio reduplicatiua In quantum, non semper capitur reduplicatiuè nam ibi capitur ad verbialiter,& nõ reduplicatiuè, & sic non est ad propositum.

¶ Ad secundum argumentum respondeo, Quòd hoc aggregatum, scilicet, Ea ratione, debet capi specificatiuè, & non reduplicatiuè,& sic concedo antecedens,& nego sequelam. Nã committitur fallatia figuræ dictionis, homo enim in antecedenti supponit simpliciter,& in consequenti personaliter. Ad. ij arg.

¶ Ad tertium, & ad quartum cum suis confirmationibus dicitur breuiter, ꝙ multæ propositiones de rigore logico sunt falsę Ad. iij. & iiij. argu.

Ad.iij.& iiij.argu. quæ tamen a sanctis conceduntur tanquam veræ, nō enim christiana doctrina subditur regulis logicalibus.

Ad.v.ar. ¶Ad quintum respōdeo distinguendo istam, Omnis homo in quantū rationalis nō est asinus, quia vel ly non negat verbum, & sic æquipollent istæ duæ, videlicet, Omnis homo in quantū rationalis non est asinus, & omnis homo non in quantum rationalis est asinus, vel negat verbum & reduplicatiuam dictionem, & Sic non æquipollent.

Ad.vj.& vij.argu. ¶Pro solutione sexti, & septimi argumenti, notandum est, ꝙ sufficienter exponuntur propositiones reduplicatiuæ per secundā & quartam exponentes, vt, Omnis homo in quantum rationalis est risibilis, ergo Omnis homo est rationalis, & si aliquid est rationale ipsum est risibile. Itē, Omnis homo in quantū rationalis non est risibilis, ergo Omnis homo est rationalis, & si aliquid est rationale ipsum non est risibile, & sic practicandum est in alijs.

¶Item nota ꝙ licet secunda exponens, & quarta sint sufficientes ad explicandum sensum propositionis reduplicatiuę, non tamen prima & quarta, nec tertia & quarta. Non prima & quarta, quia illa esset vera, Omnis homo in quantum chimera est risibilis, quia prima esset ista, Omnis homo est risibilis, & quarta ista, & si aliquid est chimera ipsum esset risibile, quod est falsum, vel quia aliquid est chimera ipsum est risibile. Nec etiam si exponatur per tertiam & quartam, quia tunc staret exponibilē esse falsam, & exponentes veras, vt, Omnis chimera in quantū homo est animal, tertia exponens erit ista, Omnis homo est animal, & quarta, & Si aliquid est homo ipsum est animal, ecce quomodo exponibilis est falsa, & exponentes veræ.

¶De isto termino infinito,

ABsoluta (vt cunq;) reduplicatiuarum propositionum interpretatione siue expositione, de isto termino infinito nonnulla præstringamus.

¶Primo, Quid sit infinitum.

¶Secundo, Quot modis capitur.

¶Tertio, Quomodo exponuntur propositiones de infinito.
¶Quarto, Ponũtur aliqua argumẽta vt materia clari⁹ elucescat
¶Ad primum infinitum sic describitur, Infinitum est quãtum nõ terminatum: Ratio huius diffinitionis est duplex. Infinitũ quid.
¶Prima, dicitur quantum, quia ratio infiniti quantitati cõgruit
¶Secunda ratio, dicitur non terminatum, quia si esset terminatum, vel terminabile iam non esset infinitum.
¶Ad secundum respondetur, quod infinitum potest capi multipliciter. Infinitũ capitur multipli.
¶Primo substantiuè, vt infinita est magnitudo, vel quodlibet continuum est infinitum.
¶Secundo adiectiuè, vt infinitus est numerus stultorum. Infiniti homines currunt.
¶Tertio capitur infinitum entitatiuè, seu substantialiter, & sic solus Deus est infinitus.
¶Quarto potest dici infinitum quale, vt si daretur vna charitas spiritualis vel corporalis infinita.
¶Quinto dicitur infinitum, secundum numerum, & sic competit soli numeroso detur infinitus.
¶Sexto potest dici infinitum secundum longitudinem tantum, & sic congruit lineæ.
¶Septimo potest Dici infinitum secundum longitudinem, & latitudinem, & sic congruit superficiei.
¶Octauo potest dici infinitum secundum trinam dimensionem & sic congruit corpori mathematico.
¶Nono dicitur infinitum logicum, vt, non homo, non lapis.
¶Ad tertium dico, q̃ propositiones de infinito exponibiles diuersimode exponuntur, secundum q̃ diuersæ sunt acceptiones huius termini infinitum, pro quo notandæ sunt propositiones sequentes. Ad.iij.
¶Prima propõ. Propõ. in qua ponitur infinitũ secundũ entitatem vt Deus est infinitus, sic exponitur, Deus est quantum non terminatum, nec terminabile, quę exponitur per vnã solam cathegoricã copulatã, vel hypotheticam copulatiuam, quemadmodum Anselmus inquit, Deus est infinitus, id est Deus est quo maius excogitari non potest. j. propo.
¶Secũda propositio. Propositio si infinitum sit quale, vt, hæc ij. propo.

charitas est infinita) potest exponi dupliciter, affirmatiuè, & negatiuè. Affirmatiuè sic exponitur ista, Charitas est infinita. Hæc charitas est magna, & omni alia maior. Negatiuè sic, Hæc charitas est magna qua nō est dabilis maior. Et isto modo secundo conceditur à multis Christum habuisse gratiam infinitam (negatiuè scilicet) Ratio, quia eidem gratiæ Christi nō erat alius gradus vnibilis. Quia esset in summo gradu perfectionis essentialis

iij. propo. ¶ Tertia propositio. Quando infinitum attribuitur quantitati discretæ, vt Infinitus est numerus stultorum, affirmatiuè exponitur dupliciter. Primo sic. Duo sunt stulti, tres sunt stulti, quatuor sunt stulti, & sic de alijs sine termino, ergo infinitus est numerus stultorum. Et sic exponunt aliqui istam propositionem, infinitę partes sunt in continuo, idest, duę partes, tres partes, quatuor partes, & sic de alijs, sunt in continuo. Secundo modo exponitur, quādo infinitum attribuitur multitudini, per hoc complexum, Aliquot & non tot quin plura, & sic illa propositio, infinitus est numerus stultorum, exponitur, aliquot sunt stulti, & non tot quin plures,

iiij. pro. ¶ Quarta propositio. Si infinitum attribuatur longitudini solum, vt in ista, Infinita est linea, sic exponitur, Linea est longitudo non terminata vel non terminabilis.

v. pro. ¶ Quinta propositio. Si infinitum attribuatur superficiei, vt, infinita est superficies, sic exponitur, Superficies est quantitas non terminata secundum longitudinem, neq; secundum latitudinē.

vj. pro. ¶ Sexta propositio. Si infinitum attribuatur corpori, vt, corpus est infinitus, sic exponitur. Corpus est quantitas non terminata, nec secundum longitudinem, nec latitudinem, neq; profunditatem, & quia alia clarebunt in parte responsiua argumentis & difficultatibus, impono finem huic tertię responsioni.

Pars arg.

¶ Sequitur pars argumentatiua.

j. argumē. PRimo sic. Si expositiones datæ essent sufficientes, sequeretur q̃ hæc ꝓpositio esset vera, Infinitū pondus hæc formica potest portare, & hæc formica nō potest ferre vnā librā pōderis

sed consequens est falsum, ergo & antecedens. Antecedens, tamen probo pro prima parte, quia sic exponitur, Aliquantum pondus potest formica potare, & non tantum quin maius, ergo infinitum pondus potest formica portare, sed consequens videtur falsum, quia bene sequitur. Vnam librã potest portare, duas libras, tres & sic de cæteris potest formica portare, q̃ manifestẽ est falsum.

¶Argumẽtor sic. Hæc consequentia est nulla, Quãlibet partẽ.b. põderis põt formica portare, ergo o.b. põdus potest formica portare, posito q̃ sit.b. minimũ quod hæc formica non potest portare, iam antecedens est verum, & consequẽs falsum: antecedẽs tamen probo, quia quodlibet min⁹.b. ponderis potest formica portare, ergo quamlibet partem.b. ponderis potest portare, & quælibet pars.b. ponderis est minor.b. pondere, ergo intentum. ij.argu.

¶Tertio sic. Hæc formica sustentat. b. pondus in dorso, ergo.b. pondus potest portare. iij.argu.

¶Confirmatur. Sortes sustentat saccum plenum tritico, ergo potest ipsum portare. Cõfirma.

¶Pars responsiua.

Ad primũ, respondetur distinguendo maiorem, quia si valet tantũ quantũ aliquantum, & non tãtum quin maius, potest cõcedi, quia aliquãtum ponderis potest formica portare .s. granum sinapis, & non tantum quim mai⁹, videlicet granum tritici secundo potest exponi per aliquantum, & quantũlibet magis, & sic negatur antecedens. Si tamen capiatur infinitum partim cathegoreumaticẽ, partim syncathegoreumaticẽ, siue exponatur per duo, tria, &c, Siue per aliquot, & non tot quin plura, negandum est antecedenes, & concedenda est sequela. Ad.j.arg.

¶Ad secundum quando arguis, hæc consequentia est nulla, Quãlibet partem.b. ponderis, &c. concedo q̃ est nulla, & ratio suę nullitatis est quia arguitur à plurib⁹ determinatis ad vnam determinatam, respectu multitudinis partium.b. ponderis: cõcedo tamẽ q̃ potest portare primam partem, & secũdam partem, sed non omnes simul. Ad.ij.arg

Ad.iij.ar. ¶Ad tertium respondeo negando sequelã,pl⁹.enī. requiritur ad portandū aliquod pondus, quã ad sustinendū illud indorso.

Dubia. ¶Sed ne incidamus in materiam argumentorum vsq; ad nause am mutandus est modus loquendi, licet non materia, & queri

j.quesitũ. tur primo an ista sit vera,quot libet etia sūt finita,& arguit quod non,quia deus est ens,& tamen non est finitum.Sapientia diui na est ens tamen non est finita.

ij.quesi. ¶Secundo queritur, An ista sit bona consequentia,Infinitū pō dus pōt sortes portare,ergo pōdus infinitū pōt sortes portare.

iij. quesi. ¶Tertio queritur,de veritate istius,Infinita sunt finita.

iiij. quæ. ¶Queritur quomodo supponit iste termin⁹,Magnitudo in hac propositione,Infinita est magnitudo.

Ad.j.que ¶Ad primum respondetur distinguendo,quia vel ly entia distri buitur pro generibus singulorum,siue speciebus,cuius sensus est De qualibet specie numeri entia numerata sunt finita,& sic est ve ta:vel distribuitur pro singulis generū cuius sensus est, Omnia entia numerata sunt finita,& sic est vera,vel ly ētia distribuitur trascendenter, tam pro ente finito,quâm pro infinito,& sic illa propositio est falsa.

Ad.ij.que ¶Ad secundum,de bonitate illius consequentię,respondetur,q̄ si illa propositio exponitur per aliquantum,& non tantum quī maius,propositio est vera,si autem exponatur per aliquantum & quantumlibet magis,propsitio est falsa.

Ad.iij. quæsitũ. ¶Ad tertium. Videtur q̄ sit falsa,quia vno plura sunt finita,duo bus plura sunt finita,& sic de alijs.

Confit. ¶Confirmatur,quia vbicunq; prædicatur oppositum de opposi to, vt homo est non homo,& albū est nigrū, est ,ppositio falsa.

Illa pro. est semp falsa in q̄ prædi.op positũ de opposi. ¶Ad hoc respondetur,q̄ committitur fallatiā secundum quid ad simpliciter, quia infinita secundum magnitudinem & mul titudinem,&c. Sunt infinita secundum quid,putã secundum ap positionem,vel diuisionem partium,se d non simpliciter, & sic ibi non prędicatur oppositū de opposito, quia sensus est,infini ta secundum quid sunt finita simpliciter.

Ad.iiij. dubium. ¶Ad quartum respōdetur,q̄ si ly infinita capiatur cathegoreu maticē,supponit determinatē,si vero capiatur syncathegoreu maticē,supponit confusē tantum.

¶Item,si infinita capiatur pro infinito secundum quid,est propō

vera: si pro infinito simpliciter, est propositio falsa, sed si infinita capiatur cathegoreumaticè sensus est, De qualibet specie magnitudinis, magnitudo est finita, vel sic, Aliqua magnitudo de qualibet specie magnitudinis est finita, & in prima istarum supponit confusè tantum, & in secunda determinatè.

¶ Et nota q argumentum à propositione de infinito in sensu diuiso, ad propositionem de infinito in sensu composito, mediante posibili affirmato, cęteris paribus non valet, vnde non sequitur in infinitas partes continuū possibile est esse diuisum, ergo possibile est in infinitas partes continuum esse diuisum. Dicunt antecedens esse verum & consequens falsum. Dubia.

¶ Pro complemento materiæ, ponuntur sequentia.

Primo, Quot modis capitur infinitum.

Secundo, A quo dicitur infinitum.

Tertio, Quomodo cognoscitur à nobis infinitum.

Quarto, An finitum possit repræsentare infinitum.

Quinto, An infinitum & finitum sint differentiæ entis.

¶ Ad primum respondetur, q infinitum potest capi multipliciter. Primo negatiuè, & est illud, quod non est natū finiri, & hoc dupliciter. Vno modo quia non est quantum, & repugnat sibi tā finitans quam infinitans, vt Punctus in linea. Mutatum esse in motu. Instans in tempore. Alió modo quia licet sit quantum, tamen non potest finiri, vt est, Deus quia, quādo dicitur, Deus est infinitus, ly in, tantum valet sicut non. Ad .ij. infini. capitur multi

¶ Secundo modo capitur infinitum priuatiuè, & est illud, quod natum est finiri sed non dum est finitum, vt, Linea sine punctis terminantibus, Et motus sine mutatis esse terminantibus: & tempus sine instantibus terminantibus. Infinitū priuatiuè

¶ Tertio modo capitur infinitū cōtrariè, & hoc tripliciꝫ primo in genere, & intensiuè, vt, Si esset vna albedo vel vna virt° actu infinita in genere qualitatis. Secundo modo extra genus, vt deus. Tertio modo extensiuè, vt, in quantitatibus, siue continuis, siue discretis. Item infinitum potest capi actiuè, vel passiuè. Actiuè solus deus est infinitus. Passiuè, materia prima, quæ nata est recipere infinitas formas successiuè. Actiuè, & passiuè simul, intellectus creatus, qui potest cum obiectis infinitas intellectiones producere, & easdē recipere. i primo se habet actiuè, & in. ij. passiuè. Infinitū contrariè & hoc tri.

Itē infini- tū intēsiuè & extēsiuè ¶ Item, infinitum potest dici aliquid intēsiuè, & extensiuè: vt est potentia diuina, quæ ad intra est infinita intensiuè generando filium, & producendo Spiritum Sanctum, quę omnia sunt actu, infinita, tā producta, putà, Filius & Spiritus Sanctus, quam producentia, videlicet Pater in generando Filium, & Pater, & Filius in producendo Spiritum Sanctum, & etiā productiones seu emanationes, putà, genitio filij, spiratio Spiritussancti: & est extensiua in infinita hæc potētia diuina, quia potest etiam ad extra infinita creare

Ad.ij.dubi. vndedi cit̄ infinitū ¶ Ad secundum respondetur, ꝙ hoc nomen infinitum, est compositum ex ista propositione In, & Finitum. Vnde In, tantum valet sicut Non, & sic Infinitum, & Nō finitum idem sunt. Sed hoc potest intelligi dupliciter, ꝙ sit infinitum simpliciter, vel secundum quid, idest quō ad nos. Primo modo, dicitur solus Deus infinitus. Secundo modo dicuntur infinitæ, Arenæ maris, infinitę stellę cœli, & infinitę guttæ aquæ.

Ad.iij.dubiū theologia i nobis. ¶ Ad tertiū respondetur, ꝙ theologia in nobis non habet euidētiā ex essentia diuina in se, sed est nobis reuelata à Deo, ímediatè vel mediatè, & loco essentiæ diuinæ est nōbis aliquid, qđ est notum, & nobilissimum inter cognoscibilia in hoc statu, & hocē ens infinitum, & naturaliter nobis de Deo notum: vt hæc, Deus est ens infinitum, ex qua infertur, ꝙ est sapientia infinita, bonitas infinita, & sic de alijs.

Ad.iiij.dubiū finitū pōt repræsentare in finitum. ¶ Ad quartum respondetur, quòd finitum potest repræsentare nobis infinitum. Primo per viam propositionis per speciē creatam, & abstractam ab omni alia creatura. Secundo, per viam similitudinis, putà, per speciem diuinæ essentiæ repræsentatiuā Dei, sub ratione boni infiniti, vel vltimi finis, vel creatoris, vel reparatoris, vel iudicis.

Ad.v.dub ¶ Ad quintum respondetur, quòd infinitū & finitū nō sūt differētia entis. Ratio, quia oñis differētia perficit genus, vel illud cuius est differentia saltem constitutiuè, sed isti modi putà, finitū, & infinitum, non sunt de ratione constitutiua entis, sed illius ad quod contrahunt, & non contracti. Nam infinitas est modus intrinsecus entis, ad quod contrahit, & non entis contracti. Et similiter dicendū est de finito, sunt enim modi intrinseci totius quidditatis, & cuiuslibet partis totius quidditatis, ita ꝙ nulla pars po

tentialis est ad illum modum, sed necessariò quælibet pars habet illum modum, & sic quęlibet perfectio absoluta Dei necessariô est infinita, & quælibet pars perfectionis creature necessariô est finita: vt, Totus Angelus & quælibet pars eius. Totus homo & q.. libet pars eius, & sic de alijs. Ex quo infertur quôd infinitas attri.. utorum in deo, non tantum distinguitur ab ipsis attributis, quantum vnum attributum ab alio, vnde maior est distinctio inter sapientiam, & bonitatem dei, quam inter sapiẽtiam & suã infinitatem, & sic exemplificãdum est in creaturis. Infertur ergo quôd finitum, & infinitum sunt modi intrinseci, quibus diuiditur ens in infinitum & finitum.

¶ Sequitur de isto termino totus.

AD hæc est allus terminus, gratia cuius propô in qua ponitur, per aliã seu alias exponẽda venit, ipse est ly totus, de quo tria per agenda sunt.

¶ Primum quid sit totus, vel qualiter describatur.

¶ Secundum de uaria exceptione eius.

¶ Tertium addere aliqua argumenta seu difficultates, pro clariori notitia eius.

¶ Ad primum respondetur, quôd totus propriè est signum distributiuum partium integralium, secundum Petrum Hispanum: vt totus homo infirmatur, idest quælibet pars quantitatiua hominis infirmatur. *Diffinitio totius.*

¶ Ad secundum dico, quôd totus, vel totum, potest capit dupliciter, vel tripliciter, cathegoreumaticé, syncathegoreumaticé, & partim cathegoreumaticè partim syncathegoreumaticé. *Tripl͠r pot capi tot⁹.*

¶ Primo multipliciter. Primo totum, idest, aliquid non existens pars alterius, & sic conceditur ista, Totum quod est in mundo ẽ in oculo meo dato quôd sit vna festuca. *Totum cathegore. capi͠t mul- pl͠r.*

¶ Secundo modo, Totũ, tantum valet sicut ens habẽs partes, siue naturales: vt, plãta, siue artificiales: vt, domus dicitur totũ.

¶ Tertio modo, vt idẽ est ꝙ perfectũ. Vnde totum omne, & perfectum idem sunt, sed differunt secundum aliquos Totum & Omne, quia totum est illud quod habet partes quas diuersitas situs *Totũ & ꝑfectũ idem*

substantialiter diuersificat ipsum, vt, tota dom⁹, & dicitur omne quando habet partes quarum diuersitas in situ non diuersificat ipsum: vt, aqua & omnia homogenia.

Aliquid cõue. toti quod nulli parti.

¶ Item secundum doctrinam Scoti. aliquid potest conuenire toti quôd nulli parti, sicut passio propria totius ætherogenij, vt fle bilem, & risibile, sic est passio totius hominis quôd, nullius partis eius.

Aliquid cõue. toti & cuilibet parti.

¶ Aliomodo sic conuenit toti, quôd cuilibet parti, vt albedo, cõuenit toti, primo in omnibus partibus, & sic videtur primo ęquiualere ad æquatè.

Tot⁹ syncathego.

¶ Secundo modo capitur totũ principaliter syncathegoreumaticè, & tunc valet, Omne, vel quicquid, vel quod cumq;, & sic ista propõ, Do tibi totum quod habeo, exponitur sic: Do tibi omne ens vel quicquid, vel quodcunq; ens quod habeo.

Syncate. cui ęquipolet.

¶ Secundo modo etiam syncathegoreumaticè æquipolet huic complexo, quælibet pars quantitatiua, & sic cõceditur ista, totus Sortes est minor Sorte.

¶ Vnde nota. Quôd hæ propõnes se habent per ordinem.

¶ Prima, Totus Sortes est alb⁹ Secũda, Sortes secundũ quãlibet partem sui est albus. Tertia, Quęlibet pars Sortis quãtitatiua est alba: quia secũda sequitur immediate ad primã, & tertia ad secũ.

Capitur parti cathego.

¶ Tertio pricipaliter capitur partim cathegoreumaticé, & partim syncathegoreumaticè, & hoc dupliciter, primo affirmatiuê & secundo negatiuè. Primo tripliciter.

¶ Vno modo, idem est ꝙ quęlibet pars.

¶ Alio modo, idem est ꝙ quelibet pars essentialis vel integralis.

¶ Tertio, idem est ꝙ quelibet pars quantitatiua.

¶ Sed negatiuè valet Aliquid & nihil ipsius quin ipsum, & si conceditur ista, Anima est tota in toto, & tota in qualibet parte,

¶ Sequitur pars argumentatiua.

Pars arg. j. argu.

PRimo argumento sic. Totus sortes est minor sorte, ergo sortes est minor sorte. Seqla videt bona, â parte in modo ad suũ totũ. Bene. n. sequitur, Homo alb⁹ currit, ergo homo currit, sed consequẽs est falsum, quod sic probo. Sortes est minor sorte,

ergo minor sorte est sortes per conuersionem simpliciem,

❡Secundo argumentor sic. Totus sortes est beat⁹, ergo quęlibet pars sortis est beata, quod est falsum cum in sola potentia rationali, videlicet in intellectu, & voluntate consistat beatitudo. ij. argu.

❡Confirmatur. Quia si sortes totus currit, ergo quælibet pars sortis, & sic anima eius, quod videtur falsum.

❡Tertio arguitur sic. Totus sortes est albus, ergo intellectus eius est albus, vel anima alba. iij. argu.

❡Quarto sic, Si modus exponendi esset bonus, sequæretur vnū falsum in sacra escriptura, quam sequelam sic probo. In cãticis habetur. Dilectus meus est totus desiderabilis, vel ibi capiturdi lect⁹, p Deo, vel p chrișto Deo homine. Si primo sequitur q de⁹ habet partes. Tenet consequẽtia à relatiuis, toti eni dicitur in ordine ad suas partes, & partes in ordine ad suum totum, Si secũ do etiam videtur falsa, quia licet Chrisius, vt homo, habeat partes non tamen quælibet pars videtur desiderabilis: quia sine aliquibus ipsarum partium possemus per ipsum redimi, & in ipso beatificari, sicut sunt manus vel pedes, &c. iiij. argu.

❡Sequitur pars respousiua.

ADprimam. Totus Sortes est minor Sorte, concedo antecedens & nego sequelam, sensus enim antecedentis est, quę libet pars quantitatiua Sortis est minor Sorte, sed ista est falsa, Sortes est minor Sorte, quia vtrumq; extremum supponit pro ipso sorte, habente suas partes integrales, & sic patet ad illud de conuersione simplici. Sed pro maiore declaratione notandum est, q aliqua accidentia conueniunt toti, & partibus, vt, esse album esse nigrum. Alia conueniunt soli toti, vt, totalitas, alia solum partibus, vt, minoritas vel paruitas, & in istis non sequitur totus sortes ergo quælibet pars neq; è contra. Ad.j.arg. Acciden. quędã cõ ueniũt toti & parti. quędã aũt soli toti.

❡Ad secundum respondeo ponendo aliquas propositiones.

❡Prima positio beatitudo perfecta talẽ habet ordinem in aĩa rationali, quia primo est visio seu notitia Dei intuitiua in intelle ctu creato secũdo fruitio in voluntate, tertio perpetua tẽtio Ad.ij.ar. j. proposi.

& securitas perpetuæ possessionis in memoria.

ij. pro. ¶ Secūda ꝓpositio. Licet principaliter deꝰ sit tota merces æterna, tamen minus principaliter ipsum corpus humanum beatificatur, ex redundantia animæ in corpus, & in visione corporis christi glorificati, & sic concedimus ꝙ totus homo est beatus, & etiam ꝙ quælibet pars hominis, siue integralis, siue essentialis est beata & sic patet solutio.

Ad cōfir. ¶ Et ad confirmationem respondetur sine scrupulo, ꝙ prima sequela est concedenda, & ad secundam dico, ꝙ anima non currit propriè, sed bene mouetur ad motum corporis, quia motis nobis mouentur omnia quę sunt in nobis.

Ad. iij. argumen. ¶ Ad tertium respondeo negando sequelam, quia albedo non cōtingit partibꝰ, nisi quantitatiuis. Item totum est signum distributiuum partium integralium, & non essentialium.

Totū est distri. partiū integralium non aūt essen. ¶ Ad quartum respondeo negando sequelam. Et ad primam probationem. Deus est totus, ergo habet partes, Nego sequelā quia totus idem est quòd perfectus, & sic non valet, est perfectus, ergo habet partes. Ad secundam partem, vel capitur pro christo & c. respondeo quòd potest capi pro vtroq;. Et ad illud, Non videtur partes christi desiderabiles, nego illud. Immo (vt ait ꝑpheta) ipse est cunctis desiderabilis, & debebat esse perfectus deus, & perfectus homo, quemadmodum canit Symbolum Athanasij, & quia ista magis attinent ad contemplationem quam ad Dialecticam supersedeo.

ad. iiij. ar.

¶ Sequitur de incipit & desinit, & de cęteris terminis mutationem importantibus.

Diuisio rerum. Pręter ea quę hactenꝰ dicta sunt, restāt adhuc quidam termini (cuiusmodi sunt, incipit, desinit, & huius generis reliqui) gratia quorum propositio in qua ponuntur, per aliam seu alias venit exponenda, ꝓ quorum clariori notitia notandum est, ꝙ rerum quædā sunt immutabiles, aliæ vero mutabiles. Primo modo est solus deus, de quo propheta inquit Ego sum deus, qui non mutor, & sic deꝰ benedictus, est immutabilis quó ad inceptionem

permanentiam & desitionem. Primo quia in generabilis, vel in creabilis. Secundo quia omnino in alterabilis. Tertio quia non anihilabilis, nec corruptibilis.

¶ Aliæ vero sunt mutabiles per solam creationem, & anihilatio nem, sicut Angeli, & animæ rationales, gratia & dona angelis vel hominib⁹ collata à Deo, & finaliter quicquid habet esse per solam creationem, & desinit esse per anihilationem, quæ ambo a solo Deo sunt. Res mutabiles per solã creationem.

¶ Aliæ vero sunt mutabiles instantanè, sicut substantiæ, quæ ha bent esse per generationem naturalem, & desinunt esse per corruptionem, & ista nuncupantur generabilia & corruptibilia propriè. Mutabiles instã.

¶ Aliæ dicuntur mutabiles successiuè, quo ad generationem illarum & exitionem: vt, sunt, caliditas, frigiditas, humiditas, quæ acquiruntur & corrumpuntur successiuè tamen sunt permanentes quó ad esse, vt patet in aqua, quę successiuè calefit, & successiuè frigefit. Mutabi. successiuè.

¶ Alię dicuntur mutabiles & successiuæ, quarum esse est in fieri, & esse in fieri est suum esse: vt tempus, & motus.

¶ Alię sunt res solum durantes per instans, vt, instans in tempore, & mutatum esse in motu. Solũdurãtes p ins.

¶ Secundo notandum est principaliter pro notitia prædictorũ ꝙ quadruplex est instans. Quadruplex inst.

¶ Primum est, primũ instans esse rei. Secundum est primum nõ esse rei. Tertium vltimum esse rei. Quartum vltimum nõ esse rei. Primum instans esse rei est in quo res est, & non fuit: vt Sortes incipit esse homo, ergo Sortes nunc est homo, & in mediatè ante hoc non fuit homo. Primum non esse rei, est instãs in quo res non est, sed fuit ante hoc instans: vt, Sortes desinit esse, ergo Sortes nunc non est, & immediatè ante hoc fuit. Vltimum instans esse rei. Est in quo res est sed non erit: vt, motus desinit esse, ergo motus est, & idem motus immediatè post hoc non erit. Vltimum instans non esse rei est in quo res non est, sed erit, vt tempus incipit esse, ergo tempus non est, sed immediatè post hoc erit. j. esse rei. j. non esse rei. vltimum esse rei. Vltimum nõesse rei

¶ Secũdo principaliter notandũ est, qualiter exponãtur prepo sitiones de incipit, & desinit, &c. Pro quo ponuntur regulę.

j. regula. Propões. nõ admit. ¶ Prima. Propositiones de rebus æternis, quę non habent initium neq; finem non sunt admittendæ, Nec minus habent expositionem, vt, Deus incipit esse, essentia diuina desinit esse.

ij. regula ¶ Secunda regula. Res habentes esse per creationem, & non esse per anihilationem, habent pro incipit primum instans esse rei, & pro desinit, vltimum instans esse rei: vt, Angelus incipit esse, angelus nunc est, & immediate ante hoc non fuit. Exemplum secundi, Anima desinit esse sic exponitur, anima non est & immediatè ante hoc fuit.

iij. regu. ¶ Tertia regula: Propositio de desinit, siue in rebus successiuis, siue permanentibus exponitur per vnam copulatiuam affirmatiuam, cuius prima pars est affirmatiua de præterito, secunda negatiua de pręsenti sumpta cum relatiuo identitatis: vt, homo desinit esse, sic exponitur, homo immediatè ãte hoc fuit, & idẽ homo nunc non est. Motus desinit esse, Motus immediatè ante hoc fuit, & idem motus nunc non est. Ratio huius expositionis est quia secundum philosophos ista semper est vera, homo est, cum supponat pro natura hominis: vt ista semper est falsa, homo non est. Similiter ista semper est Vera, motus est, & ista falsa motus non est. Qua propter est opinio aliquorum, quod propositio de incipit in rebus successiuis de subiecto communi, debet exponi per vnam copulatiuam, cuius prima pars erit affirmatiua de futuro, & secunda negatiua de præsenti: vt mot⁹ incipit esse sic exponitur, Motus immediatè post hoc erit, & idem motus nunc non est. Quia dicunt, quod ista semper est falsa, motus nũc nõ est, & ista semper vera, motus nunc est.

iiij. regu. ¶ Quarta regula. Propositio de incipit, in qua negatio ponitur ante incipit, exponitur per vnam disiunctiuam compositam ex partibus contradicentibus partibus copulatiuæ: vt, Sortes nõ incipit esse, sic exponitur Sortes nunc non est, vel immediatè ante hoc fuit. Sed propositio de incipit in reb⁹ successiuis in qua nulla ponitur negatio, exponitur per vnam copulatiuam, cuius prima pars est negatiua de præsenti, & secunda affirmatiua de futuro: vt, Sortes incipit currere, sic exponitur, Sortes nunc non currit, & immediatè post hoc curret, Motus incipit esse, sic, Motus nunc non est, & immediatè post hoc erit. Propositio in qua negatio ponitur ante incipit, exponitur per vnã disiunctiuam

compositam ex partibus contradicentib⁹: vt, Sortes non incipit currere, sic exponitur. Sortes nunc currit, vel immediatè post non curret.

¶ Et nota, q̃ istæ sunt æquiualentes, Sortes non desinit esse, & Sortes incipit esse, & exponuntur eodem modo. Item propositio de incipit, in qua ponitur negatio ante infinitiuum æquipollet vni de desinit, in qua nulla ponitur negatio: vt Sortes incipit non esse, & sortes desinit esse, & exponuntur eodem modo. Nota.

¶ Item nota, q̃ multi tenent, q̃ propositio de incipit in reb⁹ successiuis, sufficienter exponitur per vnam affirmatiuam de præsenti: vt, motus incipit esse, per istã, ergo motus est. Et similiter ista motus fit, ergo motus est. Nota.

¶ Nota pro notitia prædictorum sequentes propositiones.

¶ Prima. Res permanens, vt Homo, habet pro incipit, primũ instans esse rei, & pro desinit, primum instans non esse rei. j. propo.

¶ Secũda propositio, res successiua: vt Tempus vel motus, habet pro incipit, vltimum instans non esse rei, & pro desinit primum non instans esse rei. ij. propo.

¶ Tertia propositio. Res durantes solum per instans habent ꝓ incipit, primum instans esse rei, & pro desinit, vltimũ instans esse rei: vt, Instans incipit esse, sic exponitur: Instans nunc est, & idem instans ante hoc non fuit. Exẽplum, secundi instans desinit esse, sic exponitur, instans nunc est, & idem instans immediatè post hoc non erit. Tertia.

¶ Item pro notitia prędictorum & sequentium, vidẽda sunt duo. Primum quomodo supponunt extrema propositionum de incipit & desinit. Secundum qualiter conuertantur.

¶ Ad primum respondetur, quòd supponunt sicut in sua præiacente vt, Omnis homo incipit esse, supponit sicut in ista Omnis homo est, & ante hoc non fuit, & in ista, omnis homo incipit esse albus, homo supponit confusè & distributiuè, & ly alb⁹ confusè tantum, & sic est dicendum de alijs propositionibus (de præterito vt, Omnis homo incipit esse albus, de futuro, vt omnis homo potest incipere esse albus) q̃ supponunt secundum exigentiam vel capacitatem extremorum, vel distributiuè, vel confusè, vel discretè, vel determinatè, vel ampliatiuè, vel restrictè, Sed nota vnum q̃ aliqui dicunt, q̃ terminus positus post in Ad pri. quomo. supponũt extrema propo. de inci. & de. Nota.

finitum supponit in expunibili sicut in exponentibus, putà in vna determinatè, & in alia distributiuè, quia aliàs argueretur à non distributo ad distributum, vt, Homo incipit esse albus, ergo homo nunc est albus, & ante hoc non fuit albus, ly albus in prima supponit determinatè, & in secūda confusè & distributiuè.

Ad ij. ¶ Ad secundum respondetur ponendo aliquas propositiones seu regulas.

j. propositio. de incipit & desinit nō cōuertuntur in similes. ¶ Prima propositio. Propositiones de incipit & desinit non cōuertuntur in similes propositiones. Vnde non sequitur, Sortes incipit esse albus, ergo album icipit esse sortes, quia casu q̄ Sortes nūc sit albus, & prius non fuerit albus, antecedens est verum, & consequens falsum: quia ad hanc album incipit esse Sortes, sequitur ista, album incipit esse, demonstrando Sortē. Bene enim sequitur, Album incipit esse, ergo album nunc est, & idem album ante hoc non fuit, quòd est falsum, quia Sortes (vt supponitur) iam erat.

ij. regula ¶ Secunda regula. Propositio de incipit in rebus permanentib' dū modo sit affirmatiua, oportet q̄ addatur toti prædicato hoc aggregatum, Aliquid quod est: vt. Sortes incipit esse albus, ergo aliquid quod est incipiens esse album est Sortes, & sic intelligendum est, si propositio sit de preterito, quod addatur aliquid quod fuit, & si de futuro, aliquid quod erit.

iij. regula ¶ Tertia regula. In negatiuis oportet addere toti prædicato, Nihil quòd est, si est de præsenti: nihil quod fuit, si de præterito: nihil quód erit, si est de futuro: vt, Homo non incipit esse albus, ergo nihil quod est incipiens esse album est homo.

iiij. regu. ¶ Quarta regula. Propositiones de incipit in reb' successiuis, debent conuerti in propositiones de futuro: vt motus incipit esse ergo aliquid quod incipit esse erit motus. Tempus incipit esse ergo aliquid quod incipit esse erit tempus.

v. regula ¶ Quinta regula. Propositiones de desinit tam in rebus permanentibus quàm successiuis, conuertuntur in vnā de præterito, vt Sortes desinit esse, ergo aliquid quod desinit esse fuit Sortes. Motus desinit esse, ergo aliquid quod desinit esse fuit motus.

¶ Ad vltimum pro modulo arguendi ponuntur regulę.

j. regu. p modo arguendi. ¶ Prima. Arguendo ab exponibili ad totam exponentem, & ècōtra, valet consequētia. Itē ab exponibili copulatiuè, ad quālibet

partem

partem sui, valet consequentia. Sed non è contra. Item à partibus disiunctiuę exponentis, ad totam exponibilem valet consequentia & non è contra: exempla sunt facilia, ex dictis in multis locis.

Secunda regula. Arguendo ab inferiori ad superius in terminis absolutis valet consequentia: vt. Sortes incipit esse homo ergo Sortes incipit esse animal. Dum modo superi⁹ & inferius se teneant ex parte prędicati, quia ex parte subiecti non valet. Vnde non sequitur Sortes incipit esse, ergo homo incipit esse, cum antecedens possit esse verum, consequenti existente falso, posito q̃ aliquis homo erat ante Sortem. ij. regula.

Tertia regula. Arguendo ab inferiori ad superius in terminis connotatiuis, siue se teneāt ex parte prędicati, siue ex parte subiecti, non valet consequentia. Exemplum primi, Sortes incipit esse albus, ergo Sortes incipit esse coloratus, posito q̃ habuisset prius aliquem colorem alium, antecedens est verum, & consequens falsum. Exemplum secundi, Album incipit esse, ergo coloratum incipit esse non sequitur. Item non sequitur Albedo incipit esse, ergo color incipit esse. iij. regula

Quarta regula. Arguendo à verbo incipit & desinit cum aliqua determinatione, ad propositionem in qua relinquitur illa determinatio non valet consequentia. Vnde non sequitur, Sortes incipit esse albus, ergo Sortes incipit esse. Nec sequitur, Sortes desinit esse albus, ergo Sortes desinit esse. iiij. regu.

Quinta regula. Arguendo à propositione de incipit & desinit cū aliqua determinatione vniuersali, in qua relinquitur illa determinatio nō valet cōsequentia. Vnde nō sequitur, Sortes incipit scire omnē ꝓpositionē, ergo incipit scire ꝓpositionem, quia casu quòd sciuisset vnā propositionē, & incipiat scire aliā, & nō sunt plures in mūdo, antecedens est verū & consequēs falsum. Itē, casu q̃ Sortes sciat vnam solam propositionē, & destruātur cæteræ excepta illa, hæc est vera, Sortes incipit scire omnē ꝓpositionē, cū illa sit omnis ꝓpositio quę est: & ista falsa, Sortes incipit scire propositionē. Item, Sortes incipit esse omnis homo, est vera casu quòd omnes homines corrūpantur illo dēpto & illa est falsa Sortes incipit esse homo, cū diu fuerit homo. Itē, Sortes desinit esse omnis homo, ergo Sortes desinit esse hō, non valet v. regula.

quia casu, q prius Sortes fuisset solus in mundo, & modo nasca tur Plato, antecedens est verum, & consequens falsum.

vj. regula. Sexta regula. Propositio de incipit vel desinit de copulato subiecto: vt, Sortes & Plato incipiunt currere, & de subiecto numeri pluralis: vt, homines incipiunt agere pœnitentiam, debent prius resolui in suas singulares, & postea exponi: vt, Sortes & Plato incipiunt currere, resoluantur in istam copulatiuam, Sortes incipit currere, & Plato incipit currere. De secunda sic, homines incipiunt agere pœnitentiam, ergo iste homo incipit agere penitentiam, & iste homo incipit agere pœnitentiam, ergo modo agit pœnitentiam, & ante hoc non egit pœnitentiam, sed contra prædicta, vt clarius elucescant arguitur sic.

Pars argumentatiua.

j. argumē. PRimo. In istis scholis incipiūt esse viginti scholares, posito q tota die fuerint decem & nouem, & modo ingrediatur alius exponibilis videtur esse vera, & exponentes falsæ. Primū patet sic, quia in istis scholis nunc sunt viginti scholares, & ante hoc non fuerunt viginti scholares. Sed ē contra arguitur. Hæc est vera, in illo casu, in istis scholis solus vnus scholaris incipit esse, ergo non incipiunt esse viginti, cum vnus & viginti opponantur.

ij. argumē. Secūdo sic. In istis scholis incipiūt esse viginti scholares, ergo in istis scholis incipiunt esse multi scholares, sed consequēs est falsum, quod probo per suas exponentes. Quia bene sequitur, Incipiunt esse multi scholares, ergo nunc sunt multi scholares, & immediatē ante hoc non fuerunt multi scholares, qui tamen fuerunt decem & nouem.

iij. argu. Tertio sic. In istis scholis incipiunt esse multi scholares, quia viginti, ergo in istis scholis incipit esse numerus scholariū, quod est falsum, cum ante hoc fuerit numerus scholarium.

iiij. argu. Quarto arguitur sic. Incipit & desinit sunt verba præsentis temporis, ergo male exponuntur per propositiones de præterito, & futuro.

v. argu. Quinto arguitur sic. Hec propositio, Adam incepit esse, & ista

Antichristus incipiet esse, non exponuntur per regulas datas, ergo insufficienter determinatum est de his regulis.
¶ Sexto sic. Incipit & desinit includunt negationem, ergo distribuunt terminos sequentes.

¶ Pars responsiua.

AD primum, Respondeo quod non bene arguis, in istis scholis incipiunt esse viginti scholares, sed deberet sic inferri, ergo nō plures quā viginti, & nō sic, vnus, ergo nō viginti. Pars responsiua ad argumē
¶ Ad secundum & ad tertium simul respondetur q̄ nō valet cōsequentia ab inferiori ad superius in terminis pluralis numeri, vel importantibus multitudinem: vt patet in exēplis pri' datis. ad.ij.&iij
¶ Ad quartum respondeo, q̄ licet incipit & desinit ex consignificatione principali, non includunt tempus præteritum neq; futurum, sed solum præsens: tamen ratione pricipalis significationis bene includunt preteritum & futurum. Quia incipit, in permanentibus importat inceptionem rei, cuius duo sunt termini præsens scilicet, & præteritum, & in successiuis, sunt præsens & futurum. Exemplum primi, Sortes incipit esse homo, ergo Sortes nunc est homo, & ante hoc non fuit homo. Exemplum secūdi, Sortes incipit esse albus, ergo Sortes nunc non est albus, & immediatē post hoc erit albus, Itē desinit importat desitionē rei cui' esse sunt duo termini, scilicet, presēs &, preteritū: vt, homo desinit esse, ergo homo nunc non est, & idē homo ante hoc fuit. ad.iiij.
¶ Ad quintum dico (vt superius tactū est) q̄ regulæ de preterito & de futuro, intelliguntur per regulas præsentis temporis mutando tempora: vt Ista, Adam incepit esse, sic exponitur, Adam in aliquo tempore præterito fuit, & ante illud tempus non erat Etista, Antichristus incipit esse, sic exponitur, Antichristus in aliquo tempore futuro erit, & ante illud tempus non erit. ad.v.ar.
¶ Ad sextum negatur consequētia, quia hæc verba solum distribuunt terminos cum quibus construuntur, modo tales termini sequentes infinitum, non construūtur cum incipit, & desinit sed cum ly esse: vt, Sortes incipit esse albus, ly albus nō construitur cum ly incipit, sed cum hoc verbo esse. ad.vj.ar.

¶ Sequitur de isto complexo factũ est.

INter terminos qui faciunt ꝓpositionẽ exponibilẽ ãnumeratur etiã hoc complexũ Factum est, quod exponitur per duas propositiones de præterito, vnam affirmatiuam, & aliã negatiuã: vt, Cœlum factum est, sic exponitur, cœlum fuit, & cœlũ non semper fuit. Et hoc capiendo ly semper largè, vt se extendat ad perpetuum, & æternum, & non strictè: vt, se extendat ad solum tempus. Quia tunc esset impossibilis, cum tempus non possit esse sine cœlo. Et ista Sortes factus est alb⁹, sic exponitur, Sortes fuit albus, & Sortes non semper fuit albus. Et Ista, Verbum factum est homo, sic exponitur, Verbum fuit homo, et verbum non semper fuit homo, Ex qua infertur q; istæ sunt veræ, Deus factus est homo, & Deus factus est Deus homo, quia Faccio denotatur cõuenire homini & nõ Deo. Sed hęc est falsa, Homo factus est Deus, nisi capiatur loco huius, De⁹ factus est homo, vel nisi sit aliena, & impropria loquutio, scilicet loco huius, Factũ est: quòd hæc sit vera, Homo est Deus. Vide Bonauenturam in tertio.

¶ Item hæc est vera, Homo ab æterno fuit Deus, maximè si ly æternũm capiatur loco de ly semper.

¶ Sequitur de isto termino immediatê.

PRopositio in qua ponitur ly immediatè, exponitur per vnã copulatiuam, cuius prima pars est prę iacens & in secunda additur illi præiacenti hoc totum, Nullum erit instãs inter ipsum quin, &c. Vt ista immediatè post diem iudicij erit nox, sic exponitur, Post diem iudicij erit nox, & nullum erit instans post diem iudicij, quin inter ipsum instans & diem iudicij sit nox. Et ista immediatè post primam horam erit secunda, sic exponitur, Post primã horã erit secunda, & nullum erit instãs post primã horã quin inter ipsum instãs, & secundã horam sit secunda hora.

¶ Sequitur de terminis importantibus aliquã distinctionem seu alietatem,vel diuersitatem,vt sunt, differt, differens, diuersum,aliud ab.

TErmini illi,qui aliquam distinctionem seu alietatem important vel etiam diuersitatem (cuiusmodi sunt differt &c) efficiũt propositionẽ in qua ponuntur exponibilem,pro quibus nota,quôd isti termini differt,differens,& quiuis alius importans alietatẽ,vel diuersitatem dicuntur tantum de rebus existentibus,quia secundum philosophum,quarto metaphisices, Necnon ens enti, nec non enti est idem vel diuersum: hoc supposito,tria sunt tractanda circa istam materia.

¶ Primum,quomodo supponunt dictiones sequentes hoc verbum differt & similia.

¶ Secũdũ qualiter cõuertũtur istæ ꝓpositiones de differt & similes. Ad. j.

¶ Tertiũ quomodo valeat cõsequẽtia in his ꝓpositionibꝰ.

¶ Ad primum dico,quôd termini sequẽtes differt distribuibiles (dummodo signa nõ se impediant) supponunt distributiuẽ,sed termini præcedentes has dictiones,supponunt secundum exigentiam regularum suppositionum: vt,Homo differt ab equo,homo supponit determinatẽ,& ly equo distributiuẽ. Sortes distinguitur â Platone,vtrunq; extremũ supponit discretè. Omnis homo est aliꝰ ab ãgelo,vtrumq; extremũ supponũt distributiuẽ. Ad. ij.

¶ Ad secũdum dicitur,ꝙ propositiones de differt,& similes,primo debent resolui,& postea conuerti: vt,Homo differt ab asino sic resoluitur,Homo est differens ab asino:& sic cõuertitur,Differens ab asino est homo,& ista nullꝰ homo differt ab asino sic resoluitur,nullus homo est differens ab asino,& sic conuertitur ergo nihil differens ab asino est homo,& ita in reliquis. Ad. iij.

¶ Ad tertium respondetur ponendo aliquas regulas.

¶ Prima. Ab exponibili copulatiuẽ,ad totam eiꝰ exponentem,& ad quamlibet partem principalem est bona consequentia: vt, Homo differt ab angelo,ergo homo est,& simul tempore omnis angelus est,ergo homo nõ est angelus. j. regula.

ij. regula. ¶Secunda regula. Arguēdo à qualibet parte exponibilis ad propositionem negatiuam de differt, est bona consequentia, sed non è contra, vnde sequitur Homo non est, ergo homo non differt ab angelo, sed non sequitur, Homo non differt ab homine ergo homo non est.

iij. regula ¶Tertia regula. Arguendo ab inferiori ad suum superi⁹ mediā te ista propositione, a. vel ab, non valet cōsequentia. Vnde nō sequitur Sortes differt ab asino, ergo Sortes differt ab animali, sed si superi⁹ & inferius preponātur, posset esse bona cōsequētia vt, Sortes differt ab asino, ergo homo differt ab asino, & animal differt ab asino.

iiij. regu. ¶Quarta regula. Arguendo à superiori ad inferius, posita constantia inferioris, est bona consequentia: vt, bene sequitur, lapis differt ab animali, & homo est & asinus est, ergo lapis differt ab homine, & lapis differt ab asino, quia ex opposito cōsequētis, infertur oppositum antecedentis. Bene enim sequitur lapis non differt ab homine, ergo non differt ab animali.

v. regula. ¶Quinta regula. Arguendo à toto in quātitate, & etiam à parte in modo ad suum totum, signo, vel verbo præcedente, non valet consequentia Exemplū primi, Sortes differt ab omni homine, ergo Sortes differt à Sorte. Exemplum secūdi, non sequitur, Sortes differt ad homine albo, vel nigro, ergo differt ab hoīe.

¶Præterea videndum est quomodo exponantur hæ propositiones. Pro quo nota quòd in exponēdo has propositiones de differt, debet in secunda exponente poni illud complexum simul tempore: vt homo differt ab angelo: homo est, & simul tempore omnis angelus est, & homo non est angelus.

Regulę exponendarū propositiōum. ¶Pro exponendis propositionibus dantur sequentes regulæ.

i. regula. ¶Prima regula. Propositiones de differt in quibus non ponitur negatio, exponuntur copulatiuè, per tres exponentes, in quarū prima affirmat hoc verbum est secundum adiacens, de eo quod differt, in secunda affirmatur idem verbum secundum adiacēs de eo à quo differt. Tertia est negatiua in qua negatur verbum tertium adiacēs de eo à quo differt vt, Sortes differt ab homine sic exponitur, Sortes est, & simul tempore omnis homo est, & Sortes non est homo.

ij. regula. ¶Secunda regula, Contradictoria precedentis, videlicet, Sortes

non differt ab homine, exponitur per vnam disiunctiuam compositam ex partibus contradicentibus, partibus copulatiuæ præcedentis: sic enim exponitur, Sortes non differt ab homine, Sortes non est, vel simul tempore homo non est, & Sortes est homo, & sic posunt dari exempla de præterito, & de futuro.

¶ Sed si quęratur quomodo exponetur ista, Homo ab asino differt, respõdetur q; semper debet caueri, ne terminus indistribut⁹ in exponibili, distribuatur in exponẽtibus, ne arguatur à non distributo ad distributum, sic ergo exponitur ista, Homo ab asino differt, Homo est, & simul tẽpore asinus est, & homo asinus non est, & ista, Homo & homo differunt à se inuicem, exponitur sic Homo est, & simul tempore homo est, & homo homo non est: similiter ista, Sortes & Plato differunt à se inuicem, sic exponitur, Sortes est, & simul tẽpore Plato est, & Sortes Plato nõ est.

¶ Et aduerte, q; si in propositionibus de præterito & de futuro & etiam de præsenti, sit terminus communis non distributus, in tertia exponente debet poni relatiuum idẽtitatis: vt, in ista, Homo differret à Platone, sic exponitur, Homo erit, & simul tempore Plato erit, & idem homo non erit Plato, quia posito casu q; cras nullus homo, sit nisi Sortes, & post cras nullus sit homo nisi Plato, & post nunquam sit aliquis homo, tunc hęc est falsa, Homo differt à Platone, & tamen si in tertia exponente non poneretur relatiuum identitatis, esset vera.

¶ De isto termino alter.

Iste terminus alter multis modis capitur: aliquã do. n. relatiuè, aliquando indeffinitè, aliquando dicit diuersitatem, vel diferentiam inter res significatas per terminos positos à parte ante, & à parte post. Exemplum primi, Vn⁹ illorum currit, & alter quiescit. Exemplum secundi, Vterq; homo currit, ergo alter currit. Et tunc est signum particulare huius signi vniuersalis vterq;. Exemplum tertij, Sortes est alter ab asino: & tũc est signum distributiuum sicut differt, & exponitur sic, Sortes et: & simul tempore omnis asinus est, & Sortes non est asinus.

Alter capi tur multipliciter.

¶De comparatiuo.

Compa. rentum positiuè. Item capi turpartiti uè.

COmparatiu' tñs aliquãdo capitur positiué, vt Sortes est homo doctior, id est doctus. Species prędicatur de pluribus, id est de multis. Secundo modo capit partitiuè, vt Sortes est doctior hominũ, & tunc ly hominum supponit confusé & distributiuè, sicut in ista Homine, Sortes est doctior homine, & istis duobus modis non capitur hic.

Compara tiuè multis modis.

¶Alio modo capitur comparatiuè, & hoc multis modis, primo in proprissimé & est quando forma importata per comparatiuum, nulli extremorũ competit, vt, fornicatio est melior adulterio. Bonitas nempe importata per ly melior, neq; cõuenit fornicationi, neq; adulterio: similiter, Peccatũ comissum contra secundam tabulam est melius, peccato comisso contra primam tabulam.

j. improprissimé.

¶Secundo modo capitur in propriè, & est quando forma importata per comparatiuum conuenit vni extremorum, vt Virtus est melior malitia.

ij. modo impropr.

¶Tertio modo capitur proprié, & est quando forma importata per cõparatiuum cõuenit vtriq; extremo, vt, Obediẽtia est melior castitatè.

iij. modo proprié.

¶Secundo principaliter notandum est, ꝙ extrema harum propositionum supponunt secundum exigentiam regularum suppositionũ: vt, Sortes est fortior asino, ly Sortes, suppõit discreté ly asino confusè & distributiué, & in ista, Sortes asino est fortior Sortes discreté, & Asino, determinatè: In ista vero, Omnis homo est fortior asino, vtrumq; extremum supponit distributiué sed in ista, Homo asino est fortior, vtrumq; extremum determinatê supponit, sicut in ista, Non nullus homo est fortior omni asino.

¶Tertio notandum est, qualiter conuertantur istæ propositiones, pro quo notandę sunt regulæ conuersionum generales, nisi quôd debet haberi pro regula, quôd subiectum conuertentis in affirmatiuis, debet capi cum hoc complexo, Aliquid quod est & in negatiuis, cum hoc complexo, Nihil quod est. Exemplum.

primi Sortes est fortior omni animali, sic conuertitur, Aliquid quod est fortius omni animali est Sortes. Et ista, Nullus homo est fortior leone, sic conuertitur, Nihil quod est fortius leone est homo, & sic de aliis conuersionibus.

¶Quarto notandæ sunt aliquæ regulę pro expositione istarū propositionum. Regulę expositionū

¶Prima. Propositio affirmatiua, in qua terminis significans rē excessam sequitur cōparatiuum, exponitur per vnam copulatiuam compositam ex tribus cathegoricis, in quarum prima denotatur, positiuum comparatiui gradus affirmari de re excedente sumpta cum sua dispositione: & in secunda denotatur idem positiuum affirmari de re excessa, vniuersaliter sumpta, cū isto aduerbio Simul tempore: & tertia est vna negatiua negans positiuum sumptum cum ista dictione Ita, de re excessa in ordine ad rem excedentem: vt, Sortes est fortior asino, sic exponitur: Sortes est fortis, & simul tempore omnis asinus est fortis, & nullus asinus est ita fortis sicut Sortes. Et ista, Omnis homo est fortior asino, sic exponitur: Omnis homo est fortis, & simul tēpore omnis asinus est fortis, & nullus assinus est ita fortis sicut omnis homo. j. regula.

¶Secūda regula. Cōtradictoria exponibilis, in qua ponitur vna negatio in principio exponenda est per vnam disiunctiuam de partibus contradicentibus partibus primæ: vt, Nullus homo est fortior asino sic exponitur, Nullus homo est fortis, vel aliquis asinus non est fortis, vel aliquis asinus est ita fortis sicut homo. ij. regula.

¶Tertia regula. Cauendum est ne terminus qui non distribuitur in exponibili, distribuatur in exponente: vt, Sortes homine est fortior, sic exponitur, Sortes est fortis, & homo est fortis, & homo non est ita fortis sicut Sortes. Et propositio negatiua, de modo loquendi in consueto, debet regulari per hanc regulam: vt ista, Fortior leone homo non est, sic exponitur, Homo fortis nō est, & omnis leo fortis non est, & homo leone non est fortior. iij. regu.

¶De superlatiuo.

De superlatiuo. DE superlatiuo pauca dicenda veniūt, cum regulentur per regulas comparatiui.

¶ Sed primum notandum est, quôd superlatiuum aliquando ponitur sine genitiuo plurali: vt, Homo est nobilissimus: & tunc sic exponitur, videlicet per vnam copulatiuam cuius prima pars est affirmatiua, & secunda negatiua. Prima erit ista, homo est nobilis. Secunda ista nihil est ita nobile sicut homo. De conuersione istius propositionis, & similium dicendum est sicut de comparatiuo diximus.

Conuer. superlatiuorum & compa.ea dem.

ij. ¶ Notandæ sunt regulæ secundum quas exponuntur.

j. regula. ¶ Prima. Propositio de superlatiuo propriè capto, in qua non ponitur negatio, exponitur per vnam copulatiuam compositã ex tribus cathegoricis, quarum prima affirmat positiuum de re excedente. Secunda affirmat idem positiuum de re excessa. Tertia affirmat excessum de re excedente in ordine ad rem excessam: vt, Rosa est pulcherrima florū, sic exponitur, Rosa est pulchra & omnis flos est pulcher, & Rosa est oĩ flore pulchrior.

¶ Secunda regula. Contradictoria prioris exponitur per vnam disiunctiuam ex partibus contradicentibus partibus copulatiuę vt, nulla rosa est pulchrior flore, sic exponitur, Nulla rosa est pulchra, vel aliquis flos non est pulcher, vel aliquis flos est ita pulcher sicut rosa.

¶ Vltima regula. Cauendum est ne arguatur in his, à non distributo ad distributum. Item cōsequentiæ quæ fiunt in his propositionibus, regulandæ sunt per regulas arguendi à tota copulata ad suas partes, & è contra, & à tota disiunctiua ad suas partes, & è contra, videndum est, quando valent, & quando non.

¶ Sequitur de signis collectiuis.

De collectiuis. DE signis collectiuis pauca sunt nobis dicenda cū eorum notitia aliàs declaretur.

¶ Sed ne sicco pede materiam illorum transeam⁹ queruntur tria in præsentiarum.

j. quesitū ¶ Primo, an istæ sint in veritate, Omnes apostoli Dei fuur duodecim, & non omnes apostoli Dei sunt duodecim,

¶Secundo de veritate istarum, Omnes duo apostoli Dei sunt ij. quæsi.
duodecim,& Non omnes duo apostoli Dei sunt duodecim.

¶Tertio queritur de bonitate istius cõsequētię, Omnes animæ iij. quæsi.
creabiles possunt esse creatæ, ergo omnes animæ creabiles pos-
sunt esse creatæ, tenendo ly Omnes in antecedēti collectiuè,&
in consequenti distributiuè.

¶Ad primum respõdetur, q̄ si ly Omnes, in vtraq; teneatur co Ad. j. quę.
llectiuè, illæ sunt contradictoriæ,& affirmatiua est vera, & sub
subiecto eius potest fieri descensus copulat⁹,& non copulatiuus
neq; disiunctiuus neq; etiã disiunctus,& Negatiua est falsa, si au
tem in vtraq; teneatur distributiuè ly Omnes, illæ sunt contra-
dictorię, & affirmatiua est falsa, negatiua vera: si vero in vna te
neatur collectiuè,& in alia distributiuè, nõ sunt contradictoriæ.

¶Ad secundum quęsitum. Eadem distinctio facienda est,& dan Ad. ij. quę
da Responsio sicut precedens. situm.

¶Ad tertium quæsitum respondetur, quòd si ly Omes, in ante- Ad. iij.
cedenti teneatur collectiuè,& in consequenti distributiuè conse quæsitum
quentia est nulla, sed si in antecedenti teneatur distributiuè,& cõ
sequenti collectiuè videtur bona, si autem teneatur in vtroq; di
stributiuè etiam est bona consequentia, tamen sicut consequens
est falsum, ita & antecedens.

¶De istis signis ita & sicut.

HIs (vt puto) luculenter expræditis, superest tan-
dem vt de istis signis ita & sicut (quæ etiam hui⁹
ordinis sunt) tractemus.

¶Vnde nota primo, q̄ ly Ita, aliquando est aduer ita aduer
bium affirmatiuum: vt si dicatur, Ita faciam. bium.

¶Secundo capitur pro antecedenti: vt, Ita est sicut dominus lo-
cutus est. ij. por an-

¶Tertio capitur relatiuè: vt, Sicut Sortes currit ita plato facit tecedenti

¶Quarto comparatiuè: vt, Sortes est ita doctus sicut Plato. Si- iij. relati.
militer ly Sicut, aliquando capitur explicatiuè, aliquando com iiij. cõpa-
paratiuè. ratiuè.

¶Et aduerte, quòd ista aduerbia importantia similitudinem
aliquando dicunt omnimodam similitudinem, & aliquando

Hæc aduer. duplicem dicunt similitudinẽ. nondicunt omnimodã similitudinem, exemplum primi. Sortes est ita fortis sicut Plato. Exemplum secundi. Sortes est ita fortis sicut Hercules, vel sicut leo. Prima exponitur sic, Sortes est fortis, & Plato est fortis, & Sortes non est magis fortis neq; minus fortis quàm Plato. Secunda potest exponi sic. Sortes est fortis, & Hercules est fortis, & leo est fortis, sed Sortes non est ita fortis sicut Hercules & leo.

¶ Item nota, q̃ quãdo istæ propositiones sunt de præterito, vel de futuro, oportet in secunda exponente, quòd addatur hoc cõplexum, Simul tempore: vt, Noe fuit ita diues sicut Abrahã sic exponitur, Noe fuit diues, & simul tempore Abraham fuit diues, & Noe non fuit ditior Abrahæ. Exemplum secundi, Sortes erit ita sapiens sicut Antichristus, sic exponitur, Sortes erit sapiens, & Antichristus simul tempore erit sapiens, & Sortes non erit sapientior Antichristo.

¶ Vltimo ponuntur quędam regulæ obseruandæ in arguendo in hac materia.

Regulæ conse. prima regu. ¶ Prima. Arguendo ab inferiori ad superius, præponendo ita, vel sicut, non est bona consequentia sed bene ẽ contra, Exemplum primi, Sortes est ita fortis sicut Plato, ergo Sortes est ita fortis sicut aliquis homo. Quia ly Homo tenetur distributiuè, & est similis huic consequentiæ, Sortes est ita fortis sicut Plato, ergo Sortes est ita fortis sicut quilibet homo. Exemplum secũdi, Sortes est ita fortis sicut animal, ergo Sortes est ita fortis sicut homo, & ex consequenti sicut Plato, cum arguitur à superiori ad inferius, cum distributione superioris.

ij. regula. ¶ Secũda regu. Arguẽdo à propositione affirmatiua de ita & sicut, ad negatiuam de comparatiuo gradu, extremis conuersis valet consequentia: vt, Sortes est ita fortis sicut Plato, ergo Plato non est fortior Sorte. Item, Sortes est ita fortis sicut homo ergo nullus homo est fortior Sorte.

iij. regula ¶ Tertia regula. Arguẽdo ab affirmatiua de ita & sicut, ad affirmatiuam de ita & sicut, respectu eorundem extremorum nõ cõuerforum valet consequentia: vt, Sortes est fortior homine, ergo Sortes est ita fortis sicut homo. Musca est fortior leone, ergo musca est ita fortis sicut leo.

¶ Pro conclusione istius materiæ quęrunturtria.

¶Primo. Quomodo exponitur propositio de cõparatiuo, siue superlatiuo importante formam nulli extremo conuenientẽ: vt ista, peccatum commissum contra secundam tabulam est melius commisso contra primam tabulam. Item ista, melius est peccare in patrem quâm in spiritum sanctum, quod est secundũ quaesitum. i. dubiũ. ij. dubiũ.

¶Tertio quęritur, Qualiter est exponẽda ꝓpositio, in qua forma importata per comparatiuum siue superlatiuum, conuenit vni extremorum, & non alteri, vt Virtus est melior malitia. iij. quaesi.

¶Ad primum quaesitum respondetur, quôd debet exponi per formam oppositam sic. Peccatum contra secundam tabulam est malum, & peccatum contra primam tabulã est malum, sed peccatum contra secundam tabulam non est ita malum sicut peccatum contra primam tabulam. Et illa, melius est peccare in patrẽ quà in spũm sanctum, sic exponitur, Malũ est peccare in patrem, & malũ est peccare in spũm sanctũ sed nõ est ita malũ peccare in patrẽ sicut in spũm sanctũ. Ratio, quia (vt ait saluator noster) qui peccauerit in patrem, & qui peccauerit in filium remittetur ei, sed qui peccauerit in spũm sanctũ, nõ remittetur ei i hoc seculo, neq; in futuro, & sic patet ad primũ & ad secũdũ quęsitũ. Ad. j. quę. Ad. ij. quęsitum.

¶Ad tertium respondetur, quôd debet exponi per duas exponẽtes, videlicet per has, Virtꝰ est bona, & malitia est mala, vel nõ est bona, sicut & ista, Deus est melior diabolo exponitur sic, Deꝰ est bonus, & diabolus non est bonus, vel diabolus est malus, conuenienter enim exponuntur per extremam cõtradictoriam, vel contrariam, vel aliquo modo saltem opposito, Ad. iij. quaesitum

¶Sequitur de reflexiuis, insolubilibus, & obligatorijs.

PRo declaratione reflexiuorum, insolubilium, & obligatoriarum notandum est. De reflexiuis, insolu. & obligatorijs.

¶Quid sit propositio Reflexiua, quid Insolubilis & quid obligatio.

¶Primo. ꝓpositio reflexiua est, in qua ponitur aliquis tẽs qui

Proposi. reflexiua quid.

potest supponere pro aliqua propositione, vt ly Verum, in hac propositione, aliqua propositio est vera, & ly Affirmatiuum, vt nulla propositio est affirmatiua, & cõsimiliter de alijs terminis, qui possunt supponere pro propositione: vnde propõ dicitur reflexa, quæ aliqualiter se ipsam significat.

Propo. reflexa.

Propo. insolubilis quid.

¶ Secundo. Illa propositio dicitur insolubilis, quæ significat seipsam sub ratione falsi: vt, omnis propositio est negatiua, quę falsificat seipsam, se significando esse negatiuam, cum sit affirmatiua. Item Hęc est falsa, demonstrando seipsam falsificat se.

Obligatio quid.

¶ Obligatio sic diffinitur, obligatio est pręfixio alicuius enuntiabilis à respondente, propter suam admissionem intra tẽpus obligationis, secundum eundem statum, secundum quem admiserat simul cum suis pertinentibus sustinendi, cuius declaratio ponetur in fine.

¶ Pro declaratione primi, ponũtur duo.

Primum.

¶ Primũ. Quo modo propositio significet verum, vel falsum.

Secundũ.

¶ Secundum. Quid sit veritas, vel falsitas.

Ad primũ

¶ Ad primum. Breuiter respondetur (suppositis duabus distinctionibus) per aliquas conclusiones.

Diui. ppõ niscõi.

¶ Prima distinctio. Omnis propositio, vel est nõ mentalis, vel mẽtalis.

Diuisio significare

¶ Secũda distinctio. Omne significare, vel est naturale, vel ad placitum. His suppositis ponitur prima conclusio.

Propõ vocalis et scripta nihil significat. &c,

¶ Prima conclusio. Omnis propositio non mentalis, quæ est vocalis, & scripta non significat verum neq; falsum, nisi subordinetur mentali verę, vel falsę. Probatur ista conclusio, Quia vocalis vel scripta nihil significat, neq; est vera, neq; falsa, neq; etiã est propositio, nisi subordinentur mentali, significãti verè, vel falsé. Probatur etiam, quia vocalis vel scripta extrinseca denominatione dicuntur veræ, vel falsę, cum fundamentum veritatis, vel falsitatis sit sola propositio mentalis.

Fũdamẽtũ veritatis, vel falsi. ẽ ĩ sola mẽ.

Propõ vocalis & scripta neq; naturalr̃ proprie nec ad placi. signi

¶ Secunda conclusio. Nulla propositio vocalis, neq; scripta significat verum, vel falsum, naturaliter propriè, neq; ad placitum, sed bene naturaliter cõmuniter. Prima pars patet, quia soli mentali conuenit significare naturaliter propriè. Secunda etiam patet, quia nulla propositio est imposita secundum se totam ad significandum ad placitum, & hoc est verum cõmuniter, nisi gratia dis-

putationis aliquando fiat oppositum. Tertiam partem probo, Quia cum quelibet res significet se naturaliter communiter, ergo propositio vocalis, & etiam scripta significāt se naturaliter communiter, & sic communiter significant verum vel falsum.

Propositio vocalis & scripta significat naturaliter cōmunit.

¶ Tertia conclusio. Propositio mentalis non vltimata significat verum vel falsum naturaliter communiter, & etiam naturaliter propriè. Primam partem probo. Quia mentalis huius vocalis, Homo est animal, significat se naturaliter communiter, & cum ipsa sit vera, vel falsa, significat verum, vel falsum naturaliter communiter. Secundam partem probo. Quia ista mentalis non vltimata, Homo est animal, significat illam vocalē, homo est animal, naturaliter propriè, ergo significat verum, vel falsum naturaliter propriè.

Mentalis nō vltimata significat verum vel falsum &c.

¶ Vltima conclusio. Propositio mentalis vltimata significat verum, vel falsum naturaliter, communiter, sed non naturaliter propriè, neq; ad placitum: prima pars est nota, cum significet se ipsam. Secunda etiam est vera, nisi detur notitia distincta sui ipsius, quod non videtur facile dari. Tertia pars est patens, cum soli termino vocali, vel scripto competat significare ad placitū.

Mentalis vltimata, significat naturalit cōmunit.

¶ Ad secundum respondetur, q veritas est conformitas alicuius cum alio, quæ quidem conformitas est duplex. Videlicet in re, & intellectu. In re duplex, prima quando res comparatur ad suum principium, quodcunq; sit illud principiū, & sic dicitur Ioānes verus filius Petri, quia productus ab eo, & dicitur vera moneta, et verus christianus, vel religiosus per conformitatem ad sua principia, vel statum: & per contrarium dicuntur, falsus filius, falsa moneta, falsus christianus, falsus religiosus, per discōformitatem ad sua principia vel statum. Secundo dicitur veritas in re per comparationem ad intellectum, seu potentiam cognitiuam, & tunc dicitur veritas vel vera res, quando est manifestatiua sui ipsius, & cognita â potentia sicuti est in re: vt, Sortes cognitus, albedo visa, & ita de alijs obiectis maximé incomplexis. Sed tunc erit falsitas, quando ipsa res cognita seu intellecta, non est manifestatiua sui ipsius: vt, chimera & similia fictitia quæ nec habent esse neq; possunt verè cognosci seu intelligi, & isto modo veritas est passio entis, & etiam falsitas.

Ad. ij. veritas quid

Cōformitas duplex

Cōformitas in re duplex.

Quando res comparatur ad suum principium.

Veritas in re.

Falsitas.

¶ Secundo modo principaliter consideratur veritas ad subie-

Veritas. ij modo. ctum, & est conformitas prędicati ad subiectum, seu propositionis ad intellectum componentem, vel diuidentem. Vel sub alijs verbis. Veritas est adęquatio seu cōformitas rei ad intellectum. Et falsitas est inadęquatio vel difformitas rei ad intellectum. Pro quo nota ꝙ quando intellectus componit ea quæ sunt composita: vt Homo est animal, Lapis est substantia, Sortes est albus, tūc est veritas, & adequatio rei ad intellectum. Similiter quando intellectus diuidit ea quæ diuisa sunt: vt, homo non est lapis, Sortes non est Ioannes, Cignus non est niger, est veritas, seu conformitas rei ad intellectum.

Veritas in intellectu quid.

Falsitas. ¶ Sed falsitas est in compositione diuidendorum: vt, homo est asinus, Ioannes est Petrus, Coruus est alb⁹, vel in diuisione vniendorum: vt, Homo non est animal, Coruus non est niger, & sic de alijs. Ex quo infertur, ꝙ omne signum significans talem compositionē, vel diuisionem est verum, vel falsum. Nota etiam ꝙ propositio mentalis est fundamētum veritatis, vel falsitatis, & sic intrinsecè dicitur vera, vel falsa: sed propositio vocalis, vel scripta denominatione extrinseca dicitur vera, vel falsa. Sed intellectus vel potentia cognitiua dicitur verus, vel falsus, qui est subiectū veritatis, putā habitus, vel notitia actualis, ex quo infertur quòd veritas, vel falsitas, dicuntur æquiuocè de rebus, de propositione mentali, de vocali, & scripta, & de intellectu seu potentia cognitiua, vt patet intuenti.

Proposi. mentalis est fundamentū veritatis vel falsitatis.

Veritas & falsitas dicitur ęquiuocè.

¶ Sed quid sit causa veritatis, vel falsitatis inuestigādum est. Pro quo notandum est, quòd omnis propositio, vel est de præterito, vel de præsenti, vel de futuro. Exemplū primi. Anima à Deo fuit creata ante omnem animam rationalem. Adam fuit primus homo. Abel fuit primus martyr. Exemplum secundi. Deus est homo Angelus est substantia. Exemplum tertij. Antichrist⁹ erit, Dies iudicij vniuersalis erit absq; dubio Deus in illo iudicio erit æquissimus iudex. His suppositis ponuntur aliquæ conclusiones.

Tempora proposi.

¶ Prima conclusio (ex dictis) hæc est. Propositio de præterito vera sic diffinitur. Propositio de prçterito vera est illa, quę sic se habet q; qualitercunq; peripsam significatur, (de significatione totali, & propositionali sine noua impositione extremorum, vel ipsius propositionis) fuisse, ita fuit, vt, Noe ingressus fuit archā. Cain occidit Abel.

proposi. de prçterito, vera quid.

¶ Dici-

¶ Dicitur notanter. De significatione totali, ad excludendas significationes dictionarias, & ob id etiam dicitur, de significatione propositionali.

¶ Dicitur notanter. Sine noua impositione, &c. Quia si stante significatione huius termini Caim, ly, Abel imponeretur ad significandum sicut Caim, iam ista propositio esset falsa, Caim occidit Abel, quia sensus est, Caim occidit Caim. Et per oppositum diffiniatur propositio de præterito falsa: vt, Antichristus fuit.

¶ Secunda conclusio. Omnis propositio de præsenti ideo dicitur vera, quia qualitercunque significatur per ipsam (de significatione totali, propositionali sine noua impositione) esse, ita est in re: vt, Deus est homo. Beata virgo est concepta sine macula originali. Franciscus est dux minorũ. Et per oppositum diffiniatur, propositio de præsenti falsa: vt, Antichristus est. Propo. de præsenti quare dicatur vera.

¶ Tertia conclusio. Propositio de futuro dicitur vera, quia qualitercunque per ipsam significat, fore, de significatione ꝓpositionali & totali (sine noua impositione) ita erit: vt, Antichristus erit. Dies iudicij erit, & per oppositum diffiniatur propositio de futuro falsa: vt, Adam erit. propo. de futuro quare dicatur vera.

¶ Quarta conclusio. Quęcunque caussæ sunt veritatis alicui⁹ propositionis, eædem sunt caussæ falsitatis suæ contradictoriæ. Exemplum primi. Deus est infinitus entitatiuè. Angelus beatus peccare non potest, quia gratia est confirmatus. Diabolus saluari nõ potest, tum quia est in termino suæ condẽpnationis & extra terminum suæ saluationis, tum quia in inferno nulla est redẽptio. Exemplum secundi, patet aspiciendo caussas veritatum prædictarum propositionum. Ex quo infertur has esse falsas, Deus non est infinitus, beatus potest peccare, caussa falsitatis huius est esse confirmatus in gratia, & sic de alijs potest exemplificari. Cõtradictoriarum caussa veritatis vnius est caussa veritatis alterius.

¶ Quinta conclusio. Ad falsitatem affirmatiuę propositionis nihil requiritur à parte rei, sed sufficit quod sit formata & nõ vera, vt posito quod nullus sit homo, neque asinus in mundo, hæc est falsa: homo est asinus, sicut & ista, Chimera est hircoceruus. v. Ad falsitatem affirmatiuæ.

¶ Sexta conclusio. Ad veritatem negatiuæ similiter, nihil requiritur ex parte rei, in re, vel in rebus significatis: vt, Chimera non est hircoceruus. Ratio quia quicquid requiritur ad falsitatem affirmatiuę, est sufficiens ad veritatem negatiuæ cum eædem sint vj. Ad veritatẽ negatiuæ.

caussæ falsitatis vnius, & veritatis alterius: vt chimera est hirco ceruus. Chimera non est hircocerruus.

¶Sequitur de differētia ꝓpositionis possibilis & impossibilis, neceessariȩ et cōtingentis.

proposi. possibilis

PRopositio possibilis est propositio sic se habens q; qualitercunq; per ipsam significatur, vel significari potest, de significatione totali & propositionali, sine noua impositione sui vel suorū terminorum, ita potest esse: vt, Omne ens est Deus. Et omne existens est Petrus. Item ponatur q; Deus posset creare angelum, quem tamen nunquam creauit, hæc est possibilis. B. Angelus potest esse.

proposi. impossibilis.

¶Proposi. impossibilis sic diffinitur. Propositio impossibilis est sic se habens, quód qualitercunq; per ipsam significatur vel significari potest, de significatione totali, & propositionali, sine noua impositione terminorū, impossibile est ita esse: vt, Homo est asinus, Deus non est. Et est duplex impossibilis: gratia formȩ, & gratia materiæ. Prima est omnis copulatiua, cōposita ex partibus contradicentibus, vt Sortes est homo, & Sortes nō est homo. Exemplum secundi, Homo est asinus. Itē subdiuiditur, quia alia est impossibilis simpliciter: vt prȩdictæ: alia impossibilis secundum quid: vt omnis propositio de præterito falsa: vt, Adā non fuit. Christus non assumpsit humanitatē, & nota q; cōtradictoriæ harum propositionum impossibilium sunt necessariȩ pro quo ponitur talis regula. Cuiuslibet propositionis impossibilis sua contradictoria est necessaria.

duplex ī-possibilis

Iterū diuidit in im-possibilē simplicit, & secūdū quid.

regula.

propo. necessaria.

¶Propositio necessaria est vel dicitur, quia non potest esse aliter quâm significat, vel significare potest, de significatione totali & propositionali, sine noua impositione terminorum, vel sui: vt, Homo est animal, Deus est, Adam fuit. Et est duplex. Gratia formæ: vt omnis disiunctiua composita ex partibus contradicentibus: vt, Sortes est homo vel non homo, Sortes est lapis vel non lapis. Alia est necessaria gratia materiæ: vt, homo est animal. Item subdiuiditur, quia alia est necessaria simpliciter (vt iam dictæ propositiones) Alia secundū quid: vt, Noe fuit & om.

duplex necessaria.

subdiuiditur.

nis propositio de preterito vera, dicitur necessaria secundum quid. Et nota q contradictoria propositionis necessariæ, est im possibilis. Pro quo ponitur talis regula, vel consequētia. Si ali qua propositio est necessaria, sua contradictoria est impossibilis: vt, Adam non fuit. Quilibet homo est asinus. Deus non est, que sunt contradictoriæ harum necessariarum, Adā fuit, Homo nō est asinus, Deus est.

Propositio contingens eomodo diffinitur quemadmodum propositio possibilis. Contingens.

Sed contra prædicta arguitur aliquibus medijs. Pars argu.

Primo contra illud, q propositio vocalis, vel scripta ideo di citur vera, vel falsa, quia subordinatur mētali, veræ, vel falsæ, cōtra hoc sic arguitur. Formetur propositio vocalis, vel scripta, nulla habita mētali sibi correspōdente, & sit illa vocalis (Gratia exempli,) Homo est animal, tunc arguitur sic. Illa ē pro positio cathegorica, ergo est propositio. Vltra, ppositio, ergo vera, vel falsa. Antecedens probo, & sequelam similiter: antece dens sic. Habet subiectū, prædicatū, & copulā tanquam partes principales sui: ergo est propositio cathegorica, prima sequela tenet ab inferiori ad superius, est nēpe propositio cathegorica quid inferius ad propositionem. Secūda sequela tenet a subiecto ad propriam passionem: vt, Est homo, ergo est risibilis. j. argumē.

Cōfirmat. Talis propō est signū, & nō nō significatiuū, ergo significatiuū. Cōsequētia est bona, i cōtradictorijs. Vltra, signifi catiuū, ergo verū, vel falsum. Vltra, verū vel falsum, ergo pro positio, cū verū vel falsum & propō, sint cōuertibiles. Cōfirma.

Arguitur sic contra illud, q propositio vocalis non significat verum vel falsum ad placitum, cōtra hoc sic arguitur. Proposi tio vocalis significat se ad placitum, & ipsa est vera, vel falsa, er go significat verum, vel falsum ad placitum. ij. argu.

Confirmatur, sit ista propositio, Hęc propō significat se ad pla citum, demonstrando per ly Hęc, ipsammet propositionē. Tūc quęro, vel est vera, vel falsa, non secundum, ergo primum quod sic patet. Ita est sicut per ipsam significatur, ergo est vera. Cōfirma.

iij. argu. ¶ Arguitur sic contra illud q propositio mentalis non significat verum, vel falsum naturaliter propriè. Omnis propositio mentalis significat se, & ipsa naturaliter propriè est vera vel falsa, ergo naturaliter propriè significat verum vel falsum.

Confir. ¶ Confirmatur. Propositio mentalis non vltimata est naturalis similitudo vocalis, seu scriptæ sibi correspondentis, & ipsa vocalis vel scripta, sunt veræ vel falsæ, ergo naturaliter propriè significat verum vel falsum.

iiij. argu. ¶ Quarto arguitur contra diffinitionem propositionis. Ex illa diffinitione sequeretur q ista esset possibilis, videlicet, Omne ens est Deus, sed consequens est falsum, ergo & antecedens. Primam sequelam probo. Ita potest esse sicut per illā significatur, casu q Deus destruat omne ens creatum, tūc ista esset vera, Omne ens est Deus. Sed quòd hoc sit falsum probo: quia bene sequeretur, Omne ens est Deus, ergo lapis est Deus. Et Sortes est De⁹ Cum sint entia.

Confir. ¶ Confirmatur. Quia ista in casu esset possibilis, Omne ens est asinus, positoq omnia destruerētur, excepto asino, sed quód, hoc sit falsum patet. Vna descendentiū est impossibilis, ergo ipsa est impossibilis, bene enim sequitur, Omne ens est asinus, Deus est ens, ergo Deus est asinus.

v. argu. ¶ Quinto arguitur contra diffinitionem propositionis necessariæ sic. Omnis propositio potest non esse, ergo nulla est necessaria, consequentia est bona, & antecedens notum, tam de mentali, quàm de scripta, & vocali. Forte respondebis, q non dicitur necessaria quia non potest non esse, sed quia necesse est ita esse, sicut per illam significatur. Contra hoc arguitur sic. Sequeretur q i[s]ta esset necessaria De⁹ est, sed consequens est falsum, cū possit esse falsa, facta mutatione terminorum & significet sicut ista, Chimera est, ergo illa non est necessaria, quia nulla propositio falsa est necessaria.

Confir. ¶ Confirmatur. Si aliqua propositio esset necessaria, esset ista, putà, Omne ens est, cum sua cōtradictoria sit impossibilis, sed antecedens est falsum, quia multæ eius singulares sunt contingētes: vt, Sortes est, Album est, &c.

vj. argu. ¶ Sexto arguitur cōtra illud quod dicitur, q propositio de preterito vera est necessaria, quod probo esse falsū, duplici exēplo.

Primo sic. Ista propositio, Deus sciuit Antichristum fore, Deus sciuit Petrum saluari, & sciuit Iudam condemnari ab æterno, sunt propositiones de præterito veræ, tamen non sunt necessariæ, cum contingat Antichristum fore, Petrum saluari, Iudam damnari. Itē probatur. Illa propositio quæ potest esse falsa non est necessaria: sed ista, Omnis homo fuit in paradiso terrestri, est de præterito, & fuit vera per medietatem horæ, tamen modo est falsa, ergo propositio vera de prætetito non est necessaria.

Pars responsiua. Pars resp.

AD primum argumentum respondetur ponendo propositiones. Ad.j.arg.

Prima propositio. Potest responderi q illa propositio vocalis sic formata sit vera, vel falsa: quia licet nulla sit mētalis creata in illo casu, est tamen mentalis increata, cui subordinatur. j.propo.

Secunda propositio. Responderi potest ad argumentum, q in casu dato, illa propositio vocalis vel scripta, non subordinabitur alicui mentali actuali, saltem creatæ, sed bene aptitudinali, & hoc videtur rationabile, cum iste terminus. Significat sit terminus ampliatiuus. ij.propo.

Tertia propositio. His admissis, concedende sunt consequentiæ illatæ, & sic patet etiam solutio ad confirmationem. iij.propo.

Ad secundum. Quando arguis, Illa propositio significat se & ipsa est vera vel falsa, &c. Concedo totum, significationi naturali & cōmuni, non tamen ad placitum. Ad.ij.ar.

Et ad confirmationem. Hæc propositio significat se ad placitum, &c. Concedo quōd significet se, & ad placitum significatione reflexiua, sed non directa, & sic nihil contra nostram conclusionem. ad confir.

Ad tertium. Concedo q omnis propositio mentalis significat sē naturaliter communiter, sed non naturaliter propriē. Et ad illud, Ipsa naturaliter propriē est vera, vel falsa, hoc nego quia omnis propositio accidentaliter est vera, vel falsa: ab eo enim quod res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa. Ad.iij.ar.

Ad confirmationem, respondeo, concedendo totum, demen Ad con.

tali non vltimata.

ad.iiij.ar. ¶Ad quartũ sequeretur q; ista esset vera, Omne ens est De⁹, & respõdeo distinguendo de ly esse. Nam hæc propositio, Omne ens est Deus, in esse existẽtię actuali, potest esse vera, omni creato anihilato. Sed in esse obiectuali, illa propositio non est vera, quia tunc sequeretur quòd lapis esset Deus, quòd est falsum. Quia esse essentiæ rerum creatarum in mente creata, distingui tur realiter & formaliter à Deo, vel saltem formaliter.

Ad con. ¶Ad confirmationem quãdo infers. Sequeretur quòd ista esset vera, vel possibilis, Omne ens est asinus. Sequelã nego, nisi dicas, quód ly esse, intelligatur de esse finito, & actualis existẽtiæ quia posset Deus destruere cætera, & remanere asinus in esse actuali, & finito.

Ad.v.ar. Quare propo. dicatur necessaria. ¶Ad quintum respondetur concedendo totum, quia non dici tur necessaria, quia non potest non esse, neq; dicitur necessaria quia facta mutatione terminorum, quælibet propositio necessaria potest esse falsa, sed dicitur necessaria, quia stante significatione terminorum, non possit aliter esse, quàm per ipsam significatur.

Ad cõfir. ¶Et ad confirmationem respondeo per propositiones.

j. propo. ¶Prima propositio. Philosoph⁹ teneret illam necessariã, Omne ens est, & suam contradictoriam esse impossibilem: Vnde oporteret eum concedere, alicui⁹ propositionis necessariæ vniuersalis esse multas contingentes singulares: vt ista, Sortes est, Iste equus est, &c.

Ad. vi. ¶Ad vltimum respondeo, q; omnis propositio de preterito vera, est necessaria dummodo non dependeat veritas eius, ab aliquo termino de futuro, & sic patet solutio ad primum. Secũdo dico, q; omnis propositio de preterito vera, est necessaria, dum modo subiectum vel prædicatum non distribuantur.

¶De propositione reflexiua, tam diffinitiuè q; diuisiuè.

Quęnam ppo. dica. reflexiua. QVòad primum. Propositio reflexiua dicitur, quæ significat se, sub ratione alicuius propietatis logicalis. Vnde omnis ppositio, in qua ponitur terminus qui potest supponere

proaliqua propositione est reflexiua. Ettermini sunt isti, Verū Termini Falsum, Impossibile, Possibile, Necessarium, Contingens, Parti efficiētes culare, Vniuersale, Indefinitum, Singulare, Affirmatiuum, Ne- propo.re-gatiuum. Ex quo sequitur, quod hæ sunt reflexiuæ, Omis pro- flexiuam. positio est vera. Nulla propositio est falsa. Omnis ppositio est singularis. Omnis ppositio est vniuersalis. Et sic de alijs: sicut enī cognitio cognitionis, & volitio volitionis dicitur reflexiua, ita propositio significans se aliqualiter, dicitur reflexiua.

¶ Duplex est propositio reflexiua, Alia est non falsificans se, im- Duplex re mo verificans se ipsam: vt, Omnis propositio est vniuersalis flexiua. Omnis propositio est affirmatiua. Aliqua propositio est parti- V erificās cularis. Hæ propositiones sunt veræ, dummodo ly Hæ, demon se quid. stret ipsammet propositionem, quia ad ita esse, sicut per ipsas si gnificatur, sequitur illas esse veras.

¶ Alia est reflexiua falsificans seipsam: vt, Nulla propositio est falsificans negatiua, quia ad ita esse, sicut per ipsam significatur, sequit ip- se quid. sam non esse negatiuam, quod est falsum. Hæc est falsa demōstrā do se ipsam, quia ad ita esse, sicut per ipsam significatur, sequitur illam esse falsam.

¶ Istarum se falsificantium, alia falsificat se, per se, directè, & imme Reflexiuē diatè, a ut nullo casu posito: vt Hæc est falsa, seipsam demonstrās falsifican- per ly Hæc. Alia falsificat se per accidens, vel indirectè per ac- tes sic sūt cidens, aliquo casu posito: vt, Sortes dicit falsum, posito in duplici quod non dicat nisi istam propositionem, Homo est asinus, & differen. Plato dicat, Sortes dicit falsum, tunc licet illa, Homo est asinus sit falsa, tamen nō falsificat se, vel falsificatur: sed falsificatur per illā prolatā à Platone, scilicet Sortes dicit falsum. Alia falsificat se immediatè: vt, Hæc est falsa, demonstrans seipsam. Alia falsificat se mediatè: vt, Hæc est vera, per ly Hæc, demonstrando suam contradictoriam, puta hanc, hæc non est vera. Tūc ly hæc primum demonstrando suam contradictoriam esse veram, pu ta istam, hæc nō est vera, ostēdit se esse falsam. Ratio, quia per ly Hęc in prima positum demonstratur, Hęc non est vera, & per ly Hæc secundum in secunda positum, demonstratur hæc est vera.

De propositione insolubili, diffinitiuè et diuisiuè.

propo. in solu. quid

Q Vòad primum. Propositio insolubilis, est propositio se ostendens esse veram, & apparet falsa. Vel se ostendens esse falsam, & apparet vera, in aliquo casu: vt, Omnis propositio est falsa, quę adita esse sicut per ipsam significatur, ipsa apparet vera: nẽpe, Illa dicitur propositio vera, in qua ita est sicut per ipsam significatur, sed ultra hoc sequitur bene, Omnis propositio est falsa & ipsamet est propositio, ergo ipsa est falsa: vel breuius, Omnis propositio reflexiua se falsificans dicitur propositio insolubilis, id est, non facile solubilis: vt, Omnis propositio est falsa, Nulla propositio est negatiua.

Sequitur diuisio harum propositionũ.

ois prop. insolu. est cathegor.

P Ro quo notandum est, quòd varij sunt modi dicendi circa hãc materiam, sed in præsentiarum notantur tres subtiliores, & magis consentanei rationi.

Prim⁹ mod⁹ dicit, ꝙ oĩs ꝑpositio insolubilis e cathegorica.

ãsit hypothetica. Secundus vero, quòd est hypothetica, sed iste est varius, quia alij dicunt ꝙ est hypothetica formaliter, & alij dicunt ꝙ nõ est hypothetica insignificando, sed bene in inferendo.

oĩs prop. insolubi. ẽ profi. plures. Tertius modus est, ꝙ omnis propositio insolubilis est propositio plures: & sic secundum diuersos modos, diuersimode, respondẽdum est. Sed pro clariori notitia ponũtur propositiones, secundum diuersas opiniones.

pro. inso. falsificat se ipsam. Prima propositio. Propositio insolubilis est propositio falsificans se ipsam in casu insolubilium.

prop. menta. pōt fal. sificare se Secunda propositio. Propositio mentalis potest falsificare se ipsam: vt, Hæc mentalis est falsa, demostrando per ly Hæc, eandẽ met propositionem.

Tertia propositio. Probabile est ꝙ nulla cognitio in cõplexa

& distincta, sit adæquatè formalis notitia sui ipsi⁹, licet bene cõfusa, quemadmodum conceptus transcendẽtales significẽt alia & se confusè.

¶ Quarta propositio. Possibile est idem esse notitiam complexam sui ipsius: vt, Hæc notitia, Homo est animal, quæ caussatur à notitia subiecti & prædicati in complexis, est notitia sui ipsi⁹. iiij. pro. v. pro.

¶ Quinta propositio. Ad hoc q aliquia propositio dicatur falsificans se, & insolubilis, nõ sufficit quòd significet se ipsam sub ratiõe falsi, sed requiritur quòd ad ita esse, sicut per ipsam significatur sequatur ipsam esse falsam. Ex quo infertur, q istę non sunt insolubiles, Sortes dicit falsum. Nulla propositio est negatiua. Omnis propositio est particularis, quia posito q non significent se, sed alias propositiones à se distinctas, ad ita esse, sicut per ipsas significatur, non sequitur ipsas esse falsas. Quid requiratur ad hoc quod ꝓpositio dicatfalsificans se.

¶ Sexta propositio. Illa propositio est insolubilis, quæ præcisè significat se esse falsam: vt, hæc est falsa, demonstrando per ly hæc eamdemmet propositionem. vj. propo Quęnam propo. dicatur insolubilis.

¶ Setima propositio. Aliqua mentalis significat præcisè se esse falsam: vt Hæc mentalis est falsa, nihil significando de sua vocali, vel scripta.

¶ Octaua propositio. Hæc est vera, est falsa. Patet per veritatẽ suę contradictorię, scilicet huius, Hęc non est vera, demonstrando per ly Hæc, primam propositionem. vij. viij.

¶ Nona propositio. Dabilis est propositio vera, quæ præcisè significat se non esse veram: vt, Hæc non est vera, quę est vera, cũ sua contradictoria, putà ista, Hęc est vera, demonstrando per ly Hęc secundum, primam propositionem. ix.

¶ Decima propositio. Omnis propositio significans præcisè se non esse verã, est vera. Et omnis propositio præcisè significans se esse falsam, est falsa: quia aliud est significare se non esse veram, aliud est significare se non esse falsam. x.

¶ Alia est opinio dicens, q omnis propositio insolubilis est hypothetica, & quòd cuilibet ꝓpositioni vocali, vel scriptę, correspondent duæ mentales, coniũctæ per aliquam coniunctionem hypotheticam: vt, huic vocali. Nulla propositio est negatiua, correspondent istæ duę in mente, scilicet, Nulla propositio est negatiua. Et hęc nõ est negatiua. Itẽ huic, Omnis propositio est

particularis, & Hæc propositio est particularis, & pro ista opinione ponuntur aliquæ propositiones.

Prima propositio. ¶ Prima propositio. Nulla propositio mentalis falsificat se ipsam: vt ista mentalis, Nulla propositio est negatiua, non significat se, nec supponit pro se, sed pro alijs ab ipsa. Ratio, quia nulla pars propositionis mentalis potest supponere pro ipsa totali mentali, sed bene pars propositionis vocalis, seu scriptæ. Vnde si formentur hæ propositiones: videlicet. Nullus homo est animal, & Nullus Deus est, & ista, Omnis propositio vniuersalis est falsa, & sint solæ illæ duæ propositiones, cum ista, Omnis vniuersalis est falsa: tunc sic. Prima vocalis est falsa, putà, Nullus homo est animal, & secunda vniuersalis est falsa, Nullus Deus est, ergo omnis vniuersalis est falsa, dicitur quòd si ista conclusio, Omnis vniuersalis est falsa, est vocalis, vel scripta bene infertur, si tamen est mentalis non sequitur quia nulla mentalis falsificat seipsam.

ij. propo. ¶ Secunda propositio. Secundum istum modum, nulla mentalis, nec vocalis, nec scripta, potest significare totam mentalem esse falsam.

iij. propo. ¶ Vltima propositio. Vocalis, vel scripta possunt significare suam partialem mentalem esse falsam: vt, hęc vocalis, Hæc est falsa, quę subordinatur huic, hęc est falsa, & hæc est falsa demonstrando per ly hæc secundum, primam mentalem: sed primum hæc, nō demonstrat ipsam mentalē, quia falsificaret seipsam sed forte demonstrat suam vocalem vel scriptam.

Insolubilis est propo plures. ¶ Tertius modus dicendi est, quòd omnis propositio insolubilis est propositio plures: & sic non est propositio, nec cathegorica, neq; hypothetica, subordinatur tamen vocalis, vel scripta duabus mentalibus in coniunctim captis: vt, hęc vocalis, Nulla propositio est negatiua: subordinatur his duabus in mente, Nulla propositio est negatiua, Hęc propositio non est negatiua, demonstrādo primam propositionem per ly hęc, qui modus à pluribus reffutatur, tum quia darentur duæ contrariæ simul falsę: vt Hæc est falsa, seipsam demonstrando, & Hæc non est falsa, demōstrando primam, tum quia bene sequitur est propositio plures, ergo non est propositio, & multa alia inconuenientia, possūt

videri in diuersis authoribus, & hæc sufficiant pro præsenti materia gratia breuitatis.

❡ Sequitur de obligatione logica.

Tria dumtaxat de obligatione sunt nobis tractanda.

❡ Primum, de eius diffinitione.

❡ Secundum, de diuisione suarum specierum.

❡ Tertium vero, de aliquibus difficultatibus tangentibus istam materiam.

❡ Quò ad primum. Obligatio est ligatio qua respõdens de vincitur opponenti, ad defendendum propositionem, quam opponens præsentat secundum statum, secundum quem admittitur â respondente: vt, Sortes proponit Platoni hanc propositionẽ, Omnis homo est Romæ, quæ admissa â Platone, tunc Plato est obligatus, & illa propositio est debitum deffendendum, & Socrates est cui debetur tale debitum. Obligatio quid.

❡ Dicitur notanter, Secundum eundem statum, quia omnis propositio quę presentari potest alicui, vel respondetur ad illam affirmatiuẽ, vel negatiuẽ vel dubiẽ. Exemplum primi. Dicat oppo nens propono tibi hanc propositionem, Deus est, concedenda est, quia necessaria. Exemplum secundi. Proponat opponẽs istam propositionem, Homo est asinus, neganda est, quia falsa. Exemplum tertij. Proponatur ista propositio, Papa dormit, nec concedenda, nec neganda, sed dubitanda est. Vnde triplex est status, vel species obligationis, scilicet. Positio, Depositio, Dubiẽ positio. Vnde positio est obligatio secundum statum affirmatiuum: vt, pono tibi istam, Homo est animal. Pro quo nota, quôd septem sunt quæ integrant omnem obligationem, scilicet Opponens, Obligans, Respondens, Obligatus, Signum pono, Signum admitto, Res obligata, quôd est propositio presentata, & ad missa. Pro ista prima specie obligationis ponuntur aliquæ regulæ. Triplex mod⁹ rñdendi. Triplex sta t⁹ siue spẽs obligationis. Septẽ sunt q integrãt oẽm obli

Quod est possibile estadmittẽdum. Prima. Omne possibile est admittendum. Quia ad possibile positum nullum sequitur impossibile: vt, Omnis homo currit.

Qualiter sit respondẽdum ad impertinens. Secunda regula. Ad omne impertinens respondendum est secundum statum suæ qualitatis, hoc est, concedendo, si cõcedendum est, vel negando, vel dubitando. Pro quo notandum est, q̃ pertinens est propositio, quæ sequitur ex posito vel repugnat posito. Exemplum primi, ponatur ista propositio, Omnis homo est Romæ. Bene sequitur, Omnis homo est Romæ, ergo nullus homo est Parisius. Exemplum secundi, si ponatur ista propositio, Aliquis homo est Parisius, neganda est, quia pertinẽs repugnans posito, putã, Omnis homo est Romæ. Sed impertinẽs dicitur propositio, quæ nec sequitur ex posito, nec repugnat eidem, vt stante casu posito contradicto, proponatur ista propositio, Homo est corruptibilis, vel ista, Sortes currit, sunt impertinentes, & respondendum est ad omne impertinens secundum statum suæ qualitatis, vel cõcedendo si est verum, vel negando si est falsum, vel dubitando si dubium sit.

Pertinens quid. Impertinẽs quid.

Omne possibile & impossibile secũdũ quid estadmittẽdum. Ex dictis infertur talis conclusio. Omne possibile, & impossibile, secundum quid, est admittendum, sed nõ impossibile simpliciter. Prima pars est nota. Secũda probatur. Primo, quia philosophi concesserunt multas propositiones impossibiles: vt, Tãtum vnum est. Infinita sunt principia rerum naturalium. Secundo probatur authoritate Scoti, in. ij. dist. j. q. ij. in pri. ait enĩ Impossibile, quod includit in intellectu suo duo contradictoria, non est admittendum: vt, Homo non est rationalis, quia ex ista bene sequeretur, Homo non est rationalis, & omnis homo est rationalis, quod non est admittendum, sed impossibile secũdum quid, & quod primo in intellectu suo, non includit duo cõtradictoria per consequentiam intrinsecam, bene est admittendum: vt Homo non est risibilis. Et si arguatur. Contra Homo non est risibilis, per te est possibile, bene sequitur, Homo non est risibilis, & Omnis homo est risibilis, ergo duę cõtradictorię simul verę, cõsequentia est bona, cũ necessariũ sequitur ad quodlibet. Cõfirmatur per illud Homo nõ est rationalis, & omnis homo est rationalis. Respõdet doctor subtilis, negãdo simile, pro quo dicit, quód ex impossibili, nõ sequitur impossibilius, vnde

Obiectio.

Confir. Solutio.

non sequitur, Homo non est risibilis, ergo homo non est rationalis, vide doctorem, in dis. octaua, primo sententiarum. Ponitur exemplum, pro vltima parte præcedentis conclusionis, ponatur quòd in instanti.a.tu iustificeris, pono tibi istam, Tu nũ quam fuisti iustificatus, concedenda est, quia vera: propono tibi illam iterum, post illud tempus tu fuisti iustificatus, neganda est, non quia falsa sed quia semel negata. Ex impossibili nõ sequitur impossibil°.

¶Pro maiori declaratione huius speciei, ponuntur aliquæ propositiones possibiles.

¶Prima. Hæc est vera, Homo est asinus & Deus non est. Et si arguatur, hæc copulatiua est vera, Homo est asinus & Deus non est, ergo Deus non est & homo est asinus. Respondetur negando consequentiam quia in antecedenti illæ propositiones supponebant materialiter & in consequenti supponũt personaliter. Et si iterum arguatur illa copulatiua est vera, ergo quælibet pars eius est vera, concedendum est, quia sequẽs exposito: ergo ista est vera, Deus non est, & ista est vera, Homo est asinus, concedendum est totum, & si inferatur, Homo est asinus, & Deus nõ est, neganda est sicut prius. Obiectio. Solutio. Obiectio. Solutio.

¶Secũda propositio. Ponitur etiã ista propositio. Homo est asinus & Deus est, cõuertuntur, admittẽdus est casus, quia ita potest esse per nouã impositionẽ. Et si arguatur, Hæ propositiones conuertũtur, concedendũ est, quia prius concessum. Ergo si vna est vera reliqua est vera, concedendum est, quia sequens exposito ergo si ista est vera Deus est, ista erit vera, Homo est asinus, totũ est concedendum sicut prius. Et si arguatur, sed sic est quòd De° est, ergo homo est asinus, ista sequela est neganda, quia iam istę propositiones supponunt personaliter. ij. propo. Obiectio. Solutio.

¶Tertia propositio. Possibile naturaliter est sustentandum tanquam verum: vt, Quilibet homo est Romæ: sed possibile super naturaliter, quod est impossibile naturaliter, est sustentandum tanquam possibile: vt, beatus moritur. Virgo parit. iij. propo.

¶Quarta propositio. Concedens possibile naturale, non debet negare consequentias naturales: vt, Tu es Romæ, ergo non es Parisius. Sed concedens possibile supernaturale, potest negare consequentias naturales: vt posito quòd tu sis in duobus locis Parisius & Romæ, si arguatur, Tu es Parisius, ergo non Romæ. iiij. propo.

neganda est ista consequentia naturalis. Item posito quòd albedo sit sine subiecto, hæc consequentia est nulla, Albedo est, ergo album est, quia antecedens est possibile supernaturaliter.

v. propo. ¶ Quinta regula. Non tenetur respondens certificare arguentē de omni quęstione: vt, posito quòd solus Sortes sit in scholis, ponatur ista, Sortes nō est in scholis, qua admissa, quia possibilis, proponatur ista. Aliquis homo est in scholis, cōcedatur quia vera & impertinens: Et si quęratur quis est ille homo qui est in scholis, non tenetur respondere: quia quocunq; homine ostenso alio à Sorte est falsum, cōtra casum. Et si dicat quòd ille homo est Sortes, concedit contradictoriā obligati, quòd erat, Sortes nō est in scholis. Ex quo infertur, quòd datur aliqua propositio particularis vera, cui⁹ nulla singularis est cōcedenda. Itē, sint duo homines tantum, Sortes, & Plato: & illi taceant, ponatur ista, Omnis homo loquitur, qua admissa, quia possibilis, proponatur ista, Sortes loquitur, neganda est, quia falsa & impertinens. Et similiter dicendum est de ista, Plato loquitur, hæ etiam sunt sustentandæ, Tu non es obligatus. Nihil est tibi positum, & similia, tā possibilia, quàm impossibilia, secundū quod dictum est.

¶ De petitione.

Petitio quid. Petitio (secundum Scotum. in tertio dis. tertia arti. culo primo) obligat ad subsequendum petitum in factum, id est, ad exercendum aliquem actum supra illud quod petitur: vt, Peto te concedere hominem esse asinum. Quæ est duplex: absoluta: vt, in exemplo dato, & dependēs, de qua statim videbimus. Tunc sic. Propono tibi istam, Hominem esse asinum, concedenda est, quia semel admissa: proponatur ista, Homo est asinus, si eonce-

Duplex est petitio dis, concedis impossibile, propter possibile: si dubitas, possibile propter impossibile: si negas, facis contra petitum. Respondeo negando illam, Homo est asinus, nec est dubitanda. Et ad illud, Age contra petitum, nego. Et si iterum proponas. Hominem

esse asinum, concedo. Et si tu arguas, Tu cōcedis hominem esse asinum, possum negare, meipsum concedere hominem esse asinum. Et quando infers, Ergo homo est asinus, nego sequelā, quia ex possibili non sequitur impossibile implicité, me concedere hominem esse asinum est possibile, tamen quód homo sit asinus est impossibile.

¶ Alia est dependens: vt, pono tibi hanc, Hominem esse asinum, donec respondeas affirmatiuè, tunc proponatur ista, Hominem esse asinum est tibi petitum, concedatur quia semel admissa: tūc proponatur ista, Homo est asin⁹, negetur, quia impossibilis: tūc proponatur iterum ista, Homo est animal, concedatur, quia vera: tunc iterum proponatur illa, Hominem esse asinum est tibi positum, tunc, nec affirmet, nec neget, nec dubitet, quia iam solutus est ab obligatione, post quàm respondit affirmatiuè concedendo istam, Homo est animal. Et sic possunt dari plura exempla siue de petitione absoluta, siue dependenti.

¶ De dubić positione.

Dubiè positio est obligatio ad sustinendum positū dubié. Sed nota, quód in hac specie obligationis, non est dubitandum necessarium simpliciter, nec impossibile simpliciter, propter dubié positum: vt dubie ponatur, Antichrist⁹ est. Tunc ꝓponatur ista, Deus est, non est dubitanda, nec neganda sed concedenda, quia vera, & impertinens, nec ista, Homo est lapis, est dubitanda nec concedenda, sed simpliciter neganda, quia impossibilis simpliciter. Dubiè positio quid.

¶ Nota quód in dubiè positione non oportet concedere antecedens scitum esse tale, quia tunc oportet concedere consequens: vt, dubiè ponatur illa, Aliquis homo est Hispali, & sit verum quód tu sis Hispali. Tunc proponatur ista, Tu es Hispali, si negas, negas verum & impertinens: si dubitas, dubitas verum & impertinens: si concedis, tunc argumentor sic. Tu es Hispali, ergo aliquis homo est Hispali. Dico quod ista, Tu es Hispali, Nota.

nec est concedenda, nec neganda, sed dubitanda, & sic nihil sequitur cõtra respondentem. Ponit aliud exemplum pro hac dubiè positione, dubiè ponitur tibi ista, Omnis homo est Romæ, Tunc propono, Tu es Romæ, neganda, quia falsa & impertinẽ. Et si iterum arguatur, Omnis homo est Romæ, tu es homo, ergo tu es Romæ, illa minor, putà Tu es homo, nec est neganda-nec concedenda: non neganda, quia est vera, non concedenda quia tunc oporteret concedere consequens cuius antecedens est dubitatum, sed oportet eam dubitare.

¶De impositione.

Impositio quid.

IMpositio est obligatio ad sustinẽdum impositũ tanquã verum, vel falsum: vt, impono Hominẽ currit, & Deus est esse simul veræ, & necessariæ, qua admissa, quia possibile propono istam, Deus est, non neganda, nec dubitanda est, sed concedẽda, quia necessaria, tunc propono istam, Hominem currit, non neganda, nec concedenda, nec dubitanda, quia incongrua, Si pponatur iterum, contra, Hominem currit est necessaria, sicut & illa Deus est, ergo vera, concedendum est totum. Sed propone, & quotiẽs proponatur illa, Hominem currit, respondẽdum est vt superius, licet concedat illam esse necessariam, & veram, & conuertibilem cum illa Deus est. Item pono q. a. significet sicut ista, Deus est, tunc proponatur. a. vel concedis, vel negas, vel dubitas: si concedis, concedis non propositionem, cum. a. non habeat subiectum, nec prædicatum: si negas, negas istam necessariã Deus est: similiter si dubitas eam, veram vel necessariam.

¶Item q. a. significet omne illud quod non est, a. Tunc propono istam, Tu es. a. Si concedis, ergo. a. non significat te. Vltra, nõ significat te, ergo tu non es. a. Et sic tu es. a. per concessionem, si negas ergo. a. significat te. Vltra. a. significat te, ergo tu. es. a. & a. es tu, per conuersionem.

¶Item impono q. a. significet in propositione vera asinum, & in falsa hominem, & in dubia tantum quantum, hoc totum Homo, vel Aliud ab homine. Tunc propono istam, Homo est. a.

si concedis,

Si concedis, ergo, a, significat asinum, & sic cõcedisistam, Homo est asinus. Si negas, ergo a. non significat hominem. Si dubitas ergo dubitas illam, Homo est homo vel aliud ab homine, nega ergo. Sed si negas (ergo, a, significat hominem) ergo negas illam homo est homo, respondeo concedendo consequentias primas, sed nego quòd negem illam hõ, est homo.

¶ De depositione:

Pro depositione, quæ est obligatio ad sustinẽdũ negatiuè. Deponatur ista, Aliquis homo non est Malacæ, qua admissa, proponatur ista, Aliquis homo non est Malacæ, neganda est, quia deposita. Tunc proponatur ista, Omnis homo est Malacæ, concedenda est quia oppositum depositi, Tunc proponatur ista, Tu es Malacę, & sit casus quòd sis Hispali, neganda est quia falsa, deinde proponatur ista, Tu es homo, si concedis, proponatur ista, Tu es Malacæ: si concedis, ergo prius negatum: si negas, ergo sequens ad concessum, & ad opposi. tum depositi negas. Respondeo, negando illã, Tu es homo, quia pertinens repugnans. Depositio quid.

¶ Iam igitur respostulat vt altiora petamus: atq; lucubrationum nostrarum operi huic, quod prima Dialecticæ pars vocatur, in qua nimirum diffinitur terminus, atq; passiones eius, id est, Suppositio, Ampliatio, Restrictio, Appellatio, Destributio Expositio, & huiusmodi reliqua ob occulos ponuntur, finem imponamus postquam in ea, quę necessaria sunt ita enucleauimus, vt nihil super vacanei, nihilq; Sophistarum cauillationum admitteremus: sed iddumtaxat, quod ingenuis adolescentibus necessum esse, vel saltem vtile, omnibus numeris absolutum tradere curauimus. Si quis autem fallacibus cõclusiunculis gaudet, (quæ solum ad captandam popularem auram, non autem ad veritatem reiattingendam iuuant) is illius chatcruæ homines, de quibus in principio memini, consulat, qui certè (nisi ego fallor) vsq; ad nauseam illi satisfacient. Sed nos ad laudem & gloriam Dei Optimi maximi & sapientissimi dicendi finem faciamus.

Primę partis Dialecticæ, quæ de termino & de eius passionibus inscribitur finis.

P

CORRECTOR, LECTORI.

Etsi magnam adhibui diligentiam, Lector optime, vt hæc Titelmani dialectices Ampliatio à Reuerendo Patre Fratre PETRO FERMOSELLO nuperrimè edita, ab omnibus repurgata mendis in medium prodiret: nõnulla tamen animum vigilem latuerunt, ex quibus illa quæ remorari te poterant hic appendicé tradita accipe.

¶ Primũ omnium fo. primo, pagina. ij. linea. xxvij. pro fontã. l. fontẽ
¶ Folio. xiiij. pagina. ij. linea. xx. pro signtcare, lege significare.
¶ Eodem & eadẽ pagina. linea. xxx. pro proportione lege propositione
¶ Folio. xxviii. pagina prima, linea. xvj. pro hęc lege ęque.
¶ Fo. xxxi. pagina secũda, linea. xxvj. pro iusta lege iuxta.
¶ Fo. xxxviij. pagina. ij. linea. xxxvj. pro et lege neqꝫ.
¶ Fo. xxxix. pagina prima, linea. xij. pro si licet lege scilicet.
¶ Fo. xlvij. pagina prima linea. xij. pro propositionis. l. ꝓpositiones
¶ Fo. xlviij. pagina. j. linea. vij. l. cui non preponitur, ibi. n. de est nõ
¶ Fo. lv. pagina. ij. linea vltima. pro & lege. &c.
¶ Fo. lxij. pagina prima, linea vltima, pro sinum lege suum.
¶ Eodem, pagina. ij. linea. ij. deme quod, & lege quando. (det.
¶ Fo. lxxxiiij. pagina. j. linea. xxvj. l. Petrus qui sedet disputat: deest se
¶ Fo. lxxxv. pagi. ij. linea. xiij. deest nõ: itaqꝫ. l. omnis canis nõ in quantum latrabilis non est animal.
¶ Fo. lxxxix. pagina & linea prima deest ho, lege ergo homo.
¶ Folio. xciij. pagina prima, linea. xxiij. pro caput lege capi.
¶ Fo. xcvj. pagina prima, linea. ij. deest hoc.
¶ Fo. xcviij. pagina prima, linea. xxvij. pro incipit. lege incipiet.
¶ Fo. c. pagina prima, linea vltima pro &, lege est.
¶ Fo. cij. pagi. prima. li. xxij. pro expredictis, lege expeditis.

Adhæc sunt alia leuiora, vt nonnullæ orthographicæ obseruationes, cuiusmodi sunt, æ, pro, œ, ff, pro, f, &c. punctorum quorundam & commatum non seruatus ordo: item accentus non recte signati, quandoquidem desiunt notulæ illæ quibus literarum spiritus solet signari, Hinc factum est, vt pro acuto graui, & vice versa, pro graui acuto abuteremur: numerus quoq; foliorum in nonnullis defficit, & in nonnullis est trasmutatus: & alia excussorum inertia quę vel Lynceum (vt reputo) laterent. Quæ omnia finem facturus omitto, Bene vale lector amice, & nostris laboribus fœliciter fruere.

Spernere vis mortē? Vis purā viuere vitam?



Vis fieri sapiens, virq; probus? Vigila.

✠ ABCDEFGHIKLMNOP.
Omnes sunt quaterni, præter ✠ & P, qui sunt duerni.

Hispali.
Excudebat Martinus à Montesdoca.
Anno, M.D.L.V.